

Universitätsbibliothek Paderborn

Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S. tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Exhortatiunculæ Consolatoriæ In singulas totius anni Dominicas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52716

EXHORTATI. UNCULÆ CONSOLATORIÆ

fingulas totius anni

Dominicas.

Dominica I. Adventus. EXHORTATIUNCULA I.

Scitote, quoniam prope est regnum Dei. Terrent & onerant corpus, aut animam mundi mala? Sursum corda! Jesus ad æterna invitat gaudia. Recreatio horaria exhilarat animos: quid non poterit vitæ suavitas perpetua? Et en! jam imminet: Scitote; quoniam prope est.

A

In-

I

Dominica I. Adventus.

Instructio meritoria.

Non ita nos effundamus in corporis solatia, ut obliviscamur æterna. In recreationibus ne desiciamus, examen diligens præmittamus, intentionem accuratam præsigamus, certos actus modestiæ, & temperantiæ statuamus, & solatio sinito psalmum recitemus: Quam dilecta tabernacula tua Domine pirtutum.

II.

Judice, qui veniet cum magna potestate, & Majestate, coram qua jam
nullus ampliùs locus misericordiæ pro
peccatoribus: Ita D. Bonaventura:
Tanta erit tunc Judicis severitas, & inflexibilitas, quod, si B. Virgo & omnes
Angeli, & Sancti, & Sancta slecterent
genua, & cum lacrymis orarent pro aliquo, qui esset in peccato mortali, Judex non exaudiret eum. O peccatum!
Tune dominari Christiano? Religioso?

Instructio meritoria.
Unum tuncadhuc superest in tremendo

do Judicio anxiæ animæ folatium. Quod illud? Salvianus demonstrat dicens: Nullum tunc erit animæ solatium, nisi sola conscientia bona, nisi innocens vita, nisi pænitentia fructuosa. Fili! hanc ut in vitam fecum portet alteram, recordetur animarum in purgatorio, & per octo dies persolvat pro earum redemprione Vesperas ex officio desunctorum. Date, & dabitur vobis.

III.

Hristum avidè expectamus, mi fili! benè, videbimus, quia propè est. Ne terreamur hujus adventu, in timore hoc facro Adventûs tempore ambulemus. Aitenim Salomon: Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subvertetur domus tua. Ergo time, & ambula operando bonum.

Instructio meritoria.

Tempus acceptabile adest. Utamur strenuè. Nugarum satis est. Seria cogitemus. Manè excitatus statim salutet Incarnatum Verbum hoc suspirio: Centies millies laudetur SS. Incarnationis Domini-

A 2

is

6-

10

Ca

K

36

n

n

0

10 S

15 1-

2

0

0

Dominica II. Adventûs.

minica Mysterium. Ad omnes salutationes angelicas slectat quam devotissimè, corpore, & animô quietus. Nec dies sit, qui vobis transeat sine unius, vel alterius mortificationis opere. Nulla dies sine linea.

Dominica II. Adventûs. EXHORTATIUNCULA I.

Joannem, ut retrahat impios à via impietatis: Bonos verò ad omnem erudiat justitiam, & sanctitatem. Improbi, quos inter & Herodes, non admittunt monentem. O infelicem! nam omnis anima, qua admonitionem respuit, incurabilis est. S. Greg. Naz.

Instructio meritoria.

Bonus admoneri gaudet, ait Seneca, pessimus quisque correptionem patitur asperrime. Bonus ut sit, mi sili! ad obviam correctionem, vel superioris admonitionem inclinato capite aliud non respondeamus, quam: Fiat, ut Deus vult. & optat superior; Murmurationem

verò, & internam impatientiam, ut providè evellamus, manè, meridie, & vespere procidentes in terram, eandem humiliter exosculemur dicentes: Domine! auge correctiones: Sed & auge cum humilitate patientiam.

II.

Ujus ita obliviscitur humana fragilitas, quàm benefactorum? malefacta marmori, beneficia inscribimus
mari & aquis. Alius est Divinæ Benevolentiæ stylus. Vix S. Joannes confessus est Christum, & hic plenss vels excurrit in laudes Joannis: Cæpit enim
Jesus dicere ad turbas de Joanne, eumque plus, quàm Prophetam deprædicat.
Grati simus; & vivemus in ore omnium.

Instructio meritoria.

Minima qui spernit, paulatim decidet. Fili! hæc fortè commissmus? nontegamus, sed & ad S. Tribunal pro sideli confessione deportemus, & idcircò nos quàm humillimè accusemus, satissacturi quoque incuriæ nostræ unum

A 3

C

S,

3

à

n

0

n

15

n

6 Dominica II. Adventus.

exPsalmis pænitentialibus coram SS.Vel nerabili quotidiè persolvamus. Fiet, ut curà minimorum, beneficia promereamur majora.

III.

Uid ô fili! Christus, ne in eo scandalizemur, hortatur, & monet: omnia, quæ secit, bona, & sancta sunt. Unde igitur occasio scandali? quia alium expectamus. Non placet Christi humilitàs, nec paupertas, nec Christiana fortitudo ac patientia. Non ita, non ita vobiscum, dilecte fili!

Instructio meritoria.

Beatus, qui in Christo non suerit scand dalizatus! beatus, qui in Christi humilitate, patientia, & paupertate suerit delectatus. Delectemur & nos, & in qualibet ex prædictis virtutibus exerceamus quinque speciales actus, & hoc siat usque ad confessionem proximam. His verò salutis diebûs ne obliviscamur nostrûm, quotidiè recitabimus Lytanias de dulcissimo Nomine Jesu cum tessera diurna

diurna: Non alius: Sufficie mihi uni-

Dominica III. Adventûs. EXHORTATIUNCULA I.

Du latent in hodierna Dominica. Cognitio sui: Tu quis es? & interius in spiritu gaudium: Gaudete. Utrumque est necessarium tamincipienti, quam progredienti in via Domini. Primum ut eò humilior sit in oculis Dei: Secundum, ut eò generosior spernat mundi gaudia, & sola quærat ac desideret immortalia.

Instructio meritoria.

Citò igitur ad Verbum Incarnatum, à quo impetrabimus omnia. Oremus in hunc finem tres primas Decades ex Rosario Gaudioso cum Psalmo: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Deus imminet, ardeant pectora!

II.

MI Iremur hodie S. Joannis simplicitatem. Colitur, & honoratur ùt Christus. Sed renuit clamans: Non sum.

A 4

Ah!

ea

uc

3-

14

B

Ah! Fili! pon videamur boni, sed simus in opere, & cum veritate. Nam bonus videri, & non esse, turpis hypocrisis est: bonus esse, & non videri, magna sanctitas est.

Instructio meritoria.

Exemplum sumamus veræ Virtutis ab humilitatis Magistra, Dei Matre Maria. Mater Dei est: & quis credidit hoc tempore? Nemo: non enimerat ei locus in diversorie. Ut ad solidam perveniamus sanctitatem, coram ara B. V. novem Ave cum toties repetendo Cantico: Magnisicat persolvamus. Sit silius æqualis parenti.

III.

Ouærunt hodie Pharisæi Christum Dominum; sed non inveniunt. Unde? quia non quærunt in loco debito. Quærunt extrà, & in deserto, cùm tamen esset in eorum medio. Medius setit vestrum. Non sic, ô sili! nobiscum, intùs est Deus. Stringamus, temeamus!

In-

Instructio meritoria.

Sensus claudamus, visum præcipuè. Igitur dum sumus in ecclesia, clausis hodie oculis Rosarium recitemus gloriosum, neque recedamus sine susceptà Communione spirituali. O si oculi nostri semper ad Dominum! O si sursum tenderent corda, & pia suspiria!

Dominica IV. Adventus. EXHORTATIUNCULA

I'lli! scieutique, quam bene ipsi volucric SS. Trinitas, mittendô Dei Unigenitum, ut indueret hominem? voluit nimirum ut Deus fieret homo, & homo fierer quasi Deus. Quanta dignitas! sed ubi retributio?

Instructio meritoria.

Instant dies ultimi, & consummabitur negotium Redemptionis nostræ. Præveniamus, & usque ad Festum Nativitatis quotidie ante cubitum illa 7.0. Majora ferventissimè oremus sæpius per diem cum Patribus è limbo suspirantes: Rorate cœli desuper, & pluant mobis

fi-

m

(3a

ri,

26

a.

Ja in

18

00

8-

1

10 Dominica IV. Adventûs.

nobis fustum. Captivi sumus: Clasmemus!

II.

Mandatum Dei est: Parate viam Domini. Quomodo? baptismô pœnitentiæ, seu humilitate, odiô nostrûm, & vitæ austeritate. Sic rectas facimus vias Salvatoris sæculi. Fili! quid statuemus?

Instructio meritoria.

Tempus S. Adventûs translit: Si sine fructu, redimamus adhuc hîs ultimîs diebûs, quotidie actus reslexæ mortisicationis in mensa exercendo, & psalmum: Benedic anima mea Domino. O omnia, qua intra me sunt Oc. subjungendo. Gratia D.N.J. apparebit: Et quis ad excipiendam non properet?

III.

Bona nova di fili! videbit omnis Caro falutare Dei, annuntiat hodiernum evangelium. Si omnis caro: ergò vestra, si humiliata, si crucifixa, si adventanti Jesulo fuerit assimilata. Humilis veniet, ut de sua humilitate celsi-

Dominica infr. Oct. Nativ. Dom. 11 celsitudinem sterneret mundi, ait Hugo Victorin.

Instructio meritoria.

Exultabunt ossa humiliata! exerceamus nos usque ad solemnia sesta in variis rum humilitatis, tum abstinentiæ, tum vigiliarum, aut sacri rigoris corporalis operibus, quorum licentiam petamus à Patre spirituali. Gaudium verò nostrum ut sit plenum, quotidiè novies canticum Magnisicat dicamus, & quidemin honorem novem Mensium, quibus B. Virgo Unigenitum Dei portavit in virgineo utero, & hoc est parare viam Domini: Hoc est videre salutare Dei.

Dominica Infrà Octavam Nativitatis Dominica.

EXHORTATIUNCULA I.

Pili! miremur ex hodierno Evangelio Annæ Prophetissæ in Dei servicio servorem, & constantiam; etiam post octoginta duos annos non discedebat de templo. Multos annos desideramus, A 6 cósque

34

1778

nô

0-

li !

ne

113

fi.

al-

30

n-Ec

80

["==

çò

fi

a.

te sia

12 Dominica Infr. Oct. Nativ. Dom.

eósque semper fortunatos? properemus ad domum Dei: In Ecclesia inveniemus.

Instructio mericoria.

O nos felices, quibus datum toties in templo agere cum Deo! agnoscamus gratiam, & summa oculorum modestia, morum gravitate, & arcta taciturnitate hodiernis horis intersimus Canonicis. Et ne quid in oculis Dei indecentius committatur ab aliis, oremus quindecim Pater & Ave cum psalmo: Latatus sum in his, qua dicta sunt mihi & c. Deus nos videt.

II.

Quanta erant Mariæ gaudia, dum Jesum ab Angelis mundo annuntiatum, & à Magis adoratum vidit, & exosculata est. At Cor Mariæ immutatum est, dum hodie audiit: Tuamipsius animam pertransibit gladius. Adeò nulla est hujus vitæ ab adversis securitas!

Instructio meritoria.

Compatiamur Matri Amabilissimæ, & in contestationem filialis compassionis

Dominica Infr. Oct. Nativ. Dom. 13
Subjungamus planctum dolorosum:
Stabat Mater dolorosa. Amor aut facit, aut invenit similes. Maria! nec tu, nec ego sine vulnere.

Annos habemus, mi fili! sed quid sunt illi sine meritis, sine virtutibus, & bonis operibus! vivere oportet, non, ut comedamus, bibamus, tripudiemus &c. sed ut in spiritu, gratia, & omni sanctitate, & justitia quotidiè proficiamus. Sic Jesus jubet, sic & propria urget conscientia.

Instructio meritoria.

Discamus invigilare tempori, nósque longioribus interdum subtrahere recreationibus, Horam dein subtractam vel in ecclesia, vel in cubiculo piis lectionibus, devotis orationibus, aut meditationibus impendamus ardentissimis. In honorem totius ætatis Christi 33. Pater & Ave addamus cum psalmo: Benedic anima mea Domino, & omnia, qua intra

ig

S

n

ò

14 Dominica quæ & Vigil. Epiph.

trame sunt, nomini sancto ejus. Anni
crescunt pietate.

Dominica quæ & Vigilia SS. Epiphaniæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Ece! defunctus est Herodes. Ost id recogitasset antea, non in tantam incidisset tyrannidem! Amice! ut in officio boni Christiani, aut sanctioris Religiosi contineatur, discat quotidià mori.

Instructio meritoria.

A manè & nocte pro omnibus defunctis, ut constantem nobis impetrent mortis memoriam, recitemus quotidiè psalmum Miserere cum De profundis. Et si cœmeterium quoddam in vicinia, singulis diebûs ibi sepultos aquâ lustrali consolemur, & dicamus: Te ergò que-sumus Domine Jesu! tuis samulis sub-veni, quos pretioso sanguine redemisti.

A H! quid hoc? fugere debent cum Jesulo Maria, & Joseph. Fugere, quia Dominica quæ & Vigil. Epiph.

quia eos pellit crudelis humanitas. Fili!

sequamur!

Instructio meritoria.

Et hodierna die per trinam visitationem nos quam devotissime cum his tribus personis detineamus coram Sanctissimo Altaris Sacramento, addentes in honorem septem dolorum, quos sustinuit Maria, 14. Pater & Ave cum Rythmo: Stabat Mater. Sint nossira delicia, esse cum Jesu, & pati cum Maria.

III.

Gaudium! redeunt iterum Jesus & Maria cum S. Joseph. Mortui enim sunt, qui pueri quærebant animam. Sic Deus providet illis, qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Persecutiones breves, & momentaneæ sunt. Dabit & his Deus quoque sinem.

Instructio meritoria.

Nunquam dejiciamur tempore persecutionum: est Deus nobiscum. Scit, cur, & quid perpetiamur? angariati igitur statim slectamus, & Psalmos graduales

nni

) fi

ın-

ut

ris

tiè

190

ne

iè

Ec

n-

ali

e-

b-

n

e,

ia

Dominica I. post Epiph. D.

les incipiamus. Confide fili! audiet nos Deus, quia Pater misericordiæ est, & multæ clementiæ. Misericordiæ Domini! misericordiæ Domini! quia non sumus consumpti.

Dominica infra Epiphaniæ Octavam, seu I. post Epiphaniam.

EXHORTATIUNCULA I.

La Eu! Maria perdidit Jesum, at invenit denuo. Verum o quot sunt in mundo animæ sine Jesu, quia in statu multorum peccatorum? misereamur, & ut inveniant, & cum invento semper permaneant constantes in gratia.

Instructio meritoria.

Recitabimus septem Psalmos pænitentiales. Agamus ô sili! & præstemus id hodie, quod & egisse, nobis quondam expediet in sempiternum. Expedit autem, multum orasse pro Christiano populo.

II. Fi-

II.

Ili! quid lego ex hodierno Evangelio! en! Jesus erat subditus illis. Miramur, Deum parere homini! & benè: est enim res admiratione dignissima. Sed unde hæc & tanta Filii Dei subjectio! ex amore, & pretio S. Obedientiæ. In hac & natus, & mortuus est. Quis suum jam non humiliet caput!

Instructio meritoria.

Humiliemus & nostrum, & coram omnibus nos transeuntibus illud humiliter inclinemus. Dum soli, slectamus, & in Venerationem morientis ex Obedientia Jesu 12. Pater & Ave expansis brachiis oremus cum suspirio: Domine Jesu! paratum cor meum, ut faciam voluntatem tuam. Deus meus! volui, & legem tuam in medio cordis mei.

III.

Oli quærit, invenit. Quærebant
Maria, & inveniebant: & invenerunt in templo. Fili! scire desiderat
quærendi methodum? dedit Salomon
dicens:

08

8

li-

u-

æ

1-

20

n

a-

0

a.

1

18 Dominica II. post Epiph. D.

dicens: In simplicitate cordis quarite illum. Quid simplicius Maria? quid humilius Josephô? quid mirum, si invenerint.

Instructio meritoria.

Hac simplicitate ambulemus coram Domino. Ad omnia exercitia slectamus erectis manibûs, slectamus & liberi, recollecti, & quieti. In fine cujuslibet exercitii subjungamus tria Ave cum Cantico: Nunc dimittis servum tuum, Domine! secundum verbum tuum in pace. Finis coronet opus.

Dominica II. post Epiphaniam.

EXHORTATIUNCULA I.

Jesuit hodiè vinum. Jam audio Jesuimperantis vocem: Implete hydrias. O quam bonus est Dominus timentibusse, & animæ quærenti illum. Deest nemini in necessitatibus; & antequam invocetur, dicit: Ecce! adsum.

Instructio meritoria.

Pro acceptis omnibus & singulis benesiciis à primo instanti conceptionis nostræ Dominica II. post Epiph. D.

nostræ abundanter collatis oremus psalmum: Benedic anima mea Domino, & omnia, qua intra me sunt, Nomini san-Eto Ejus. Et nostras necessitates ulteriùs commendemus Jesu Dulcissimo Cordi. Stat apertum: Et negligitur? quid hoc?

rite

uid

10-

am

nus

re-

ber

ım

m,

211

n.

io

te

us

n.

e-

n.

30

15

Ribûs Verbîs patratum est hodier num miraculum: Implete hydriam aqua. En! Deus plùs delectatur operibûs, quam multiloquiis, & verbîs copiosis. Illa reddamus: His parcamus

Instructio meritoria.

Diebûs collationum, ac jejuniorum studeamus silentio, & vacemus soli Deo, memores, quis veniat in crastino SS. Altaris Sacramento? Præ desiderio ad mensam Angelicam per octo dies quotidie semel visitemus sponsum Amoris, illô alloquentes Psalmô: Quemadmodum cervus desiderat ad sontes aquarum, ita &c. Fili! curramus! Deus expectat nos!

III. Vi-

Dominica III. post Epiph, D.

III.

Vinum, quod apposuit homo, desicit; sufficit, quod affuderat Christus. O veritatem! desiciunt prosectò, & evanescunt gaudia, quæ cæcus propinat mundus. Cor enim satiare non possunt; solus Deus est, qui sufficit nobis,

Instructio meritoria.

Quòd & nobis sufficiat, probemus in omnibus refectionibus, & corporalibus solatiis, sub his sæpius mentem elevando, spiritualiterque communicando. Il lis verò finitis, vel ad ecclesiam, vel ad cubiculum pergamus, & ibidem Te Deum Laudamus quàm devotissime persolvamus, cum interrogatione: Quid mihi est incælo? aut quid volo super terram?

Dominica III. post Epiphan. EXHORTATIUNCULA I.

Mundare. Fili! quanto nobis in pre-

Dominica III. post Epiph. D. 21 tio est puritas animi? dedit Dei gratia: Cave, ne prodigamus turpiter.

Instructio meritoria.

Super aurum & topazion conscientia, & anima pura. Ut soveatur, Officium de Immaculata Conceptione recitemus. Dabit Maria, quod nostra non merentur peccata.

II.

Quanta est vis orationis in divinam voluntatem resignatæ! sæpè oramus, & non exaudimur. Quare? non dicimus cum hodierno leproso: Domine! si vis. Sed potiùs: Sic volo ego, Sichæc, vel illa commoditas.

Instructio meritoria.

Erectis humiliter manibûs, & flexis devotè genibus pro virtute Resignationis nobilissima offeramus SS. Trinitati Rosariolum constans 33. Ave cum 5. Pater. Pulsemus! clamemus! saltem importunis dabitur.

III.

O Jesu humilitatem! prohibet collatum manifestari sanitatis benesicium,

efi-

hri-

Aò,

pi-

of.

bis,

s in

ous

an.

Il.

ad

Te

nè

2 :

(u-

17.

0:

e-

Dominica IV. post Epiph. D.

ficium, monens leprosum: Vide; nemini dixeris. En! dedit Christus exemplum sugiendi vanam gloriam. Igitur detestemur eam: Et id ut cò ardentiùs, & securiùs.

Instructio meritoria.

Assuescamus vel hodie post actiones, & opera magis heroica, vel ore, vel mente subjungere canticum: Magnistat anima mea Dominum. Vel: Benedicite omnia opera Domini Domino. Sic opera Dei revelare, & consiteri erit honorisicum.

Dominica IV. post Epiphan. EXHORTATIUNCULA I.

Motus magnus factus est, ait hodiernum Evangelium. Sed ubi?
Inmari. Et ego dico: In conscientia
mala. In hac nulla quies: Consolatio
nulla. Quem illa inhabitat, amarum
sui accusatorem portat. Ah! fili! nos
patiemur?

Dominica IV. post Epiph. D.

23

Instructio meritoria.

ne.

m.

cur ùs,

vel

ifi-

2e=

ric

n,

0-

i?

ia

io

m

3

Per binum Examen quietemus remordentem. Assumamus & unam confessionem extraordinariam, quæ alleviabit inquietam conscientiam. Ad modum contritionis oremus expansis brachiis Psalmum miserere. Ah! misereamur animæ nostræ!

II.

Avigabant Apostoli, & discipuli Christi. Et en! Tempestas facta est valida. Sic nec charis suis parcit Jesus, ut sciamus, neminem in hoc mundo securum ab adversis. Ergò nec nos ò fili! cur tamen adversicatibus dejicimur!

Instructio meritoria.

Ut præveniamus tempestatem, dicamus psalmum: Cum invocarem, exaudivit me Deus justitia mea, ex completorio. Jesus propè est: Respiciamus. Et sanè ubi desinit auxilium terrenum, ibi adest divinum.

III.

O Timidos Christi discipulos! vehunt in navicula sua Dei Filium: 24 Dominica V. post Epiph. D.

Et sibi timent: Domine! perimus. Planè Deo præsente timendum est nihil. Excipio solum peccatum. Hoc timeamus, & Deum diligamus. Hic timor: Hæc dilectio nobis rapiet cœlum.

Instructio meritoria.

Ut ostendamus, quanta nobis de præsentia Dei sides, ingredientes cubiculum
statim stectamus, & illô Psalmo salutemus: Venite! exultemus Domino, jubilemus & C. Deus mecum!

Dominica V. post Epiphaniam, EXHORTATIUNCULA I.

Cum dormirent homines, venit inimicus homo. O infelicem quietem! O multorum malorum seminarium! benè S. Cyprianus: Si diabolus
imparatum invenerit militem Christi, si
non sollicitum, si non vigilantem, circumvenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum. Id quoties contigit
incuriis nobis? Verùm præveniamus.

Instructio meritoria.

Labore manuum, & sudore studio-

rum,

rum, aut aliorum bonorum operum, inter quæ hodierna transigatur dies. In cubiculo igitur, dum soli cum solo Deo sumus, aut scribamus, aut legamus, aut studeamus sæpè ad animæ inimicum reclamantes: Vade retro Satana! dicamus insuper Canticum: Benedicite omnia opera Domini Domino &c.

II.

Fli! tremendam hodie audiemus ex S. Evangelio sententiam: Colligite zizania, jubet Christus. & alligate ad comburendum. Nescimus, an interzizania, an verò inter triticum simus computandi? an mittendi ad comburendum; an potiùs congregandi in Dei horreum? A Judicio Dei id pendet. Quid agemus?

Instructio meritoria.

In brachia ferientis Dei ruamus, & hodie contrito corde illum Rythmum dicamus: Dies illa, dies ira, calamitatis, & miseria &c. Humilibus dat gratiam.

B III. Re-

Pla-

hil

ca-

110

·æ.

ımı

140

n,

ni.

ic.

12.

118

fi

r-

C-

sic

)=

an increso mutem. Subbolesus and

Pettè dicitur: Homo homini lupus. Nulla sævior homini bellua, quàm ipse homo sibi, si vixerit secundùm sensus, & carnem. Si pereat, ex se perit: Nam stygius draco non deglutit nisi volentem. O damnatam voluntatem, si peccatum sapiat!

Instructio meritoria.

Inimico debetur odium, bruto flagellum: Et quid corpori nostro? genus
viræ durissimum. Hodie humiliemus
unô, vel altero actu abstinentiæ, ut desinat grunnire addamus & 15. Pater ac
Ave expansis brachiis.

Dominica VI. post Epiphan. EXHORTATIUNCULA I.

Quanta mysteria in hodierno Evangelio! præcipuum verð in verbis: Minimum quidem est omnibûs seminibûs; cum autem creverit, majus est omnibûs oleribûs. O fili! sensus verborum est: à minimis incipium, qui Dominica VI. post Epiph. D. 27 in maxima proruunt. Nemo repente sit summus. S. Bern.

Instructio meritoria.

Cura minimorum, quia nobis maximè necessaria, ut impetretur à Deo, per 7. dies quotidiè unum ex psalmis pœnitentialibus recitemus. O si cresceret horror! quantum & arderet cœlestium amor!

II.

Regniæterni? à minimo, & imo fundamento incipe humilitatis. Non enim exaltabitur, nisi qui se humiliaverit. Mundus odit superbos: Et Deus portet?

Instructio meritoria.

Tota vita Jesu quid suit nisi humilitas? simus imitatores, & 34. Pater & Ave inclinato capite, & oculis clausis recitemus cum totidem osculis terra. Videt Deus! sufficit.

III.

PRincipiis obsta: serò medicina paratur. Minimum est! cum creve-

B 2 rit,

UA

lu-

ua,

ın-

ex

lu-

n-

la-

lus

lus

de-

ac

In.

E-

in bus

jus

er-

qui

in

rit, majus est. Cogitatio prava (teste S. Bern.) parit desectationem, desectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem. O periculosam negligentiam in rejiciendis cogitationibus primis! sapiemus utique? fili! sed quomodo?

Instructio meritoria.

En! medium suggero. Adest tentator! arripiamus citò Crucifixum! vel
confugiamus ad Ecclesiam, slexisque genibûs psalmum intonemus ex Completorio: Qui habitat in Adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur, & 33. exosculabimur Jesum. Crucifixi oscula sunt arma, quibûs pellitur
hossis.

Dominica Septuagesimæ. EXHORTATIUNCULA I.

PRocul ò fili! cum pigritia! en! primô manè jam exiit Jesus conducere operarios in vineam suam. Ergò & nobis non sit vanum, manè surgere ante ante lucem, quia promisit Dominus coronam vigilantibus.

Instructio meritoria.

Auditô primô excitationis signô statim deseramus lectum, & slexis genibûs matutinam persolvamus salutationem Angelicam. A Jesu, & Maria principium!

II.

R Eprehenduntur hodie otiosi homines: Quid hie statis? & meritò: Non enim hæc vita tempus est otiandi; sed laborandi. Homo nascitur ad laborem, sicut avis ad volatum. Qui non laborat, non manducet. O fili! quæ, vel cujus hæc monita? Christi sunt, & Spiritûs Sancti.

Instructio meritoria.

Exequamur, & in Divinis obsequiis specialiter alacres simus, augendo pensum pietatis Christianæ præter ordinarium Rosarium addendo & alterum profervore omnium sidelium, præsertim Religiosorum. Qui sibi bonus, erit & aliis.

B 3 III. Quid

C

0

]=

-

1-

1=

-

;-

-

r

ò

C

III.

Quid sibi hoc? ultimi æquè ac primi accipiunt singulos denarios. Hæcne æqualis dispensatio? aut retributio? en! ò fili! non quamdiu, sed quam bene, quàm servidè & constanter serviamus Deo, interest. Consummatus in brevi potest explere tempora multa, & lucrari mercedem magnam in cœlo. Servimus: Sed quomodo?

Instructio meritoria.

Citò redimamus, quæ tam sæpè prodegimus, pretiosa tempora, intendendo servorem, & devotionem ergà Deum. In satisfactionem negligentiarum omnium nostrarum persolvamus Litanias Majores. Qui multum orat, magna impetrat.

Dominica Sexagesimæ. EXHORTATIUNCULA I.

Nonne genuini Filii est, defendere Patrem? nónne & sidelis servi protegere Dominum. Ecce! instant periculosa Bacchanaliorum tempora, quibus quibus mundus stat totus contra Dominum; ad arma igitur ò dilecte fili! ad singularia pietatis exercitia, & his studeat avertere peccata gravissima, quibus Deus Pater tam bonus, & clemens injuriosè tractatur. Cessa! peccatum satis est.

Instructio meritoria.

In hunc finem offerat officium minus de Dulcissimo Nomine Jesu cum trina visitatione Sanctissimi. Nolo, ut solus hic Jesus lateat. Domine! curro, ut te stringam.

II.

Fili! ad laborandum, ad seminandum nati sumus; sed quodnam seminandi tempus nobilius tempore tribulationis? hinc S. Bernardus: Gloriemur in tribulatione: Inea siquidem spes omnis gloriæ.

Instructio meritoria.

Hâc septimanâ omnes afflictiones patienter sustineamus, Deóque offeramus, ut avertat scelera hominum molliter, & sensualiter viventium, pro quibus Lita-

B 4 nias

mi

C-

0 ?

8-

a-

in

8

0.

04

1-

n.

n-

as

1-

18

32 Dominica Sexagesimæ.

nias de omnibus Sanctis persolvamus. Quod uni ex his minimis fecistis, mihi fecistis.

III.

A Rguitur hodie inconstantia nostra: Nam S. Evangelium ait: Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Ah! quot merita nostra pereunt insidelitate, & inconstantia! in bono rerum successu fervemus; in malo torpemus. O sili! in Christianis non initia attenduntur, sed sinis, & perseverantia.

Instructio meritoria.

Qualis & piorum erit inconstantia hoc periculoso tempore? ut in suo servemus fervore, coram SS. Venerabili quotidiè per hanc septimanam unum Psalmum ex pœnitentialibus offeramus Jesu Eucharistico. Si pii recesserint, quis honor? vel ubi Amor Dei?

Do-

Dominica Quinquagesimæ. EXHORTATIUNCULA I.

Cce! ascendit Jesus in Jerusalem, ut tradatur gentibus, illudatur, & occidatur. Ubi autem comites? ubi imitatores? sequitur nemo. Totus vix non mundus his Bacchanalibûs stat contra Jesum. Condoleamus, fili mi! & sequamur cuntem.

Instructio meritoria.

Quorsum? ad conversationem sancham, & immaculatam, sobrie, & pie vivendo, & consuetis precibus aliquid superaddendo, nim. Rosarium Dolorosum, ut piæ animæ inslammentur erga Jesum; impii autem se convertant ad Dominum. Charitas his impetrabit majora.

II.

Cacus inclamat Dominum pro oculorum falute, increpant alii. Clamare non cessat ille. Sic ludit firma in Deum confidentia. Fili! ita agendum in via virtutis. Nunquam hic ceden-B 5 dum.

us, ihi

a:

13-

125

râ

in

a.

n

C-

ia

r-

li

n

15

t,

34 Dominica Quinquagesimæ.

dum. Non enim primo cadit arbor ab ictu. Tu contrà audentior ito. Cecidisti? iterum surge. Et si centies, centies revertere. Ita jubet constans de Jesu Considentia.

Instructio meritoria.

Ofides! spes! & Charitas! quàm estis necessariæ homini! & tamen tam rara vestrûm memoria. Ut saltem in nostris radicentur cordibus, 30. Pater & Ave coram aliquo Crucifixo recitemus. Aperta cernimus vulnera: Et non credamus? speremus? diligamus? sine side, spe, & dilectione vivimus mortui. Hæc autem non vita, sed mors est.

III.

Uanta stultitia! impietas quanta! hîs diebûs velle vivere liberiùs, licentiùs, & effusiùs qui tamen nessimus (teste Hadriano Papa) quando, vel pro quanto scelere deseramur à Deo.

Instructio meritoria.

Aliud monitum est S. Augustini: Deprecanda potius est misericordia Dei, ut donet intellectum ad ista damnanda, & affeaffectum ad fugienda, & misericordiam ad ignoscenda. Veniamus igitur ò fili! ad templum Domini, & recitantes Psalmos graduales scelera impediamus gravissima. Filii est, defendere Patris honorem.

Dies Cinerum. EXHORTATIUNCULA I.

Quivis es. Eamus ad sepulchra! videbimus ubi cadat omnis humana felicitas, & opum, ac voluptatum potentia. Videbimus, ubi & justorum siniantur labores, & præmiò coronentur perenni. Fili! disce quotidiè mori, & coronaberis.

Instructio meritoria.

Defunctorum recordatio est nostra ad bonum excitatio. Oremus hodie vesperas ex officio defunctorum: Et si fieri potest etiam cæmeteria visitemus. Insirmus sui, & visitastis me.

II.

IN quo consistit vera cordis pœnitentia? nunquid externa tristicia? nil B 6 minus.

ab

ci-

11-

fu

tis

ra

ris

pe

15.

e-

le,

PC

a!

li-

6-

100

20.

10-

ut

300

Te=

minus. Sic tristantur hypocritæ. Nos gaudeamus in Domino, maximè, dum sumus in jejunio. Hilarem datorem diligit Deus.

Instructio meritoria.

Hanc spiritûs lætitiam ut corde, & ore proferamus, post resectionem vel in templo, vel in cubiculo intonemus Te Deum Laudamus. Ululent inferi! gaudeant pii.

III.

SAtis litatum gustui, & sensibus! quid enim inde, ò fili! traximus lucri! Caput grave, stomachum nauseabundum, vires languidas. Hi fines sunt eorum, quæ corpus appetit, gaudiorum. Verùm insirmo opportunam porrigit medicinam ecclesia, sacrum jejunium, quod corpora sanat, & animas sanctificat.

Instructio meritoria.

Initium hodie est S. Quadragesimæ. Bona igitur nobis conscribamus opera, licentia R. Patris Spiritualis per hos sacræ quadragesimæ dies solerter exercenda. Recordemur abstinentiæ, pro qua obti-

menda adhuc hodie uno cibo carebimus, recitantes hujus loco 15. Pater &
Ave cum oratione: Concede nos famulos, quasumus, mentis, & corporis sanitate gaudere &c. Mortem petit, qui
ciborum superfluitatem.

Dominica I. Quadragesimæ. EXHORTATIUNCULA I.

Uod Paulus prædicavit suis Corinthiis, hoc ego spirituali annuntio Clienti. Ecce! nunc tempus acceptabile! ecce! nunc dies salutis. Ecce! tempus, ubi sua diluat peccata, expungat pœnarum debita, & sibi
insignia tum virtutis, tum sanctitatis,
procuret merita. Nundinæ sunt: Quis
lucrum negligat?

Instructio meritoria.

Pro felici igitur S. Quadragesimæ auspicio offeratur sacramentalis communio cum Litaniis de omnibus Sanctis. Multis precibûs redimuntur neglecta tempora.

B 7 II. Uc

05

m

di-

80

rel

US

ci!

id

i

n-0-

Π.

gic

n,

IC.

æ.

a,

æ

a.

.

a

II.

opus Redemptionis nostræ, quid agit? en! in solitudinem abit: Populum, & publicum fugit: In deserto se abscondit. Adeò necessaria ad opera magna solitudo sacra. Et nos interturbas quærimus Deum? quid mirum, si non inveniamus?

Instructio meritoria.

Unum specialem quadrantem piis precibus, vel visitationi Sanctissimi, aut sacræ cuidam lectioni hodie impendamus & in venerationem quadragenariæ solitudinis Christi 40. Ave cum totidem osculis terræ peragamus. Christus in solitudine, & ego.

III.

A Udi præceptum Domini: Dominum Deum adorabis, & illi soli servies. Si soli: Ergò non sæculo, nec carni, nec diabolo, cujus nos servi sumus, ò sili! utinam Jesu patientissimi! vivimus enim in quadragesima.

Instructio meritoria.

In Antecessum recitemus in honorem & amorem totius ætatis Christi 33. Pater & Ave cum Cantico: Benedicite omnia opera Domini Domino. Nostrum vivere sit continuum laudare Redemptorem.

Dominica II. Quadragesimæ. EXHORTATIUNCULA I.

A Gitur in hodierno Evangelio de benesicio vocationis. Sciat ergòsilius ex ore Apostolici Doctoris, ipsum
non vocatum esse in imunditiam, sed in
sanctificationem in Christo Jesu Domino Deo. Et hac est voluntas Dei sanctissicatio vestra.

Infructio meritoria.

Ut in statu suo totus ambulet purus, & sanctissicatus, coram Sanctissimo recitet Lytanias de dulcissimo Nomine Jesu: vellocò harum 15. Pater & Ave in venerationem 5. litterarum, quibus constat Nomen Jesu. In hoc Nomine salus. II. Vi-

ad

ufe

ra Ir-

si

iis

uc

a-

æ

m

in

20

C

-

10

Alteria H. Ba

VIdit Petrus transfiguratum Dominum, & gaudens clamavit: Domine! bonum est, nos hic esse. Quale, & quantum gaudium erit, videre faciem desideratam Domini, solis instar sulgentem? quanta lætitia gloriæ Conditoris assistere, & incircumscriptum lumen videre? sili! nondum cupimus dissolvi?

Instructio meritoria.
Sursum corda! elevemus ad nostram patriam. Hic permanentem non habemus. Ut eò crescant desideria, recitemus Psalmum: Quam dilecta tabernacula. Sítque quotidiana à manè tessera: Cupio dissolvi, & esse cum Christo.

O Jesu humilitatem! præcepit discipulis: Nemini dixeritis visionem, quam vidistis. Christus sugit vanam gloriam: Et ambiat homo? peccator! pulvis, & cinis?

Instructio meritoria.
Satisfaciamus pro nostra superbia, recitantes Cursum Marianum, & assuesca-

mus cuilibet peracto operi virtutis subjungere verba Davidis: Non nobis Domine! non nobis: Sed Nomini tuo da gloriam. Pauca sunt: ne negligas.

Dominica III. Quadragesimæ. EXHORTATIUNCULA I.

Olid Magister Cœlestis docet in hodierno Evangelio? audiamus: verba sunt ista: Qui non colligit mecum, dispergit. Et qui non est mecum, contra me est. En! recollectionem commendat animi, sine qua nulla pax, nulla mentis tranquillitas. Fili! quid egimus toties in oculis Dei distracti? toties vagabundi?

Instructio meritoria.

Claudamus oculos, & erit nobiscum Jesus. Deprecemur nostras distractiones & evagationes tempore orationis, meditationis toties admissas, & in satisfactionem Rosarium dolorosum clausis oculis, & expansis brachiis recitemus. State cogitationes! Deus nos vocat.

II. Dæ-

mi-

00

ale,

em

enris

Vi-

2

ım

e-9

us

a.

20

i

no

11

5

II.

Amonium ejicit hodie Christus, Hoc & in nobis residet. Quomodo? per malitiosam voluntatem propriam, quæ peccatorum origo, criminum somes, & omnium malorum incentivum. Sic S. Laur. Just. Surgamus, ad Jesum veniamus, & ut ab hac vipera nos liberet pessima

Instructio meritoria.

Hodiernam sacramentalem Communionem cum accurata temporis observatione offeramus, addentes Rythmum amorosum: Anima Christi sanctissica me. Velle meum o Deus! tolle, & da tuum.

III.

Ou relabitur in antiqua peccata, fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Horrenda commonicio!
Christus dedit. Et agere contrà, ac in pristinum vilitatis statum reverti non timeamus? O temeritatem!

Instructio meritoria.
Propter relapsum, à R. Patre spirituali spe-

specialem quandam poenitentiam satisfactoriam peramus, & recitando Psalmos graduales iterum Dei offensi mitigemus iram. Cadere humanum est: pœnitere, & satisfacere sanctorum.

Dominica IV. Quadragesimæ. EXHORTATIUNCULA I.

Uid ita necessarium ad profectum in virtute, quam libertas in spiriritu? sine hac, fili! vivemus mancipia misera nostrarum passionum, inordinatorum appetituum, & internarum rebellionum. Non sic, ò sili! libertate filiorum Dei à Christo Jesu emptus est. Agnoscat dignitatem & non degeneret. Instructio meritoria.

Libertatem adeò pretiosam ut eò certiùs desursum impetret, invocet Spiritum S. & in Venerationem 12. fructuum Illius oret 12. Pater & Ave cum hymno: Veni S. Spiritus.

Uinque panibûs, & paucis pisciculis saturata sunt quiaque millia hominum.

US.

10.

0

ni-111-

us,

era

lu-

va-

ım

ica

da

ta,

76=

0!

in

ti-

minum. Ad quid tanta ventris, & sto. machi solicitudo? paucis natura contenta est. Fili! corpus reficere oportet, non onerare, aut opprimere. Cibus de paradiso ejicit, temperantia reducit. S. Chrysost.

Instructio meritoria.

Tantum comedamus, quantum ad sustentandam vitam, & non ad nutriendam voluptatem necessarium est. quolibet ergò cibo unum mortificationis actum exerceamus. Experiemur, quàm dulcis, & nobilis virtus temperancia, pro qua obtinenda officium minus de SS. Altaris sacramento persolvamus. Quam pretiosior hic esca latet? Quæramus!

III.

Jugit iterum Jesus. Quid sibi hoc! noluit Rex esse, & magnus inter homines, sed Magister patientiæ, & humilitatis. O fili! regnum nostrum non sie de hoc mundo, vel in mortalium oculis. Quæramus aliud, quod intra nos est: Nimirum spiritum pro Deo.

Deo, & virtute uti liberum, ita & ardentissimum.

Instructio meritoria.

Humilis & fugientis Jesu ut simus discipuli, eum comitemur recitantes Psalmum: Consitemini Domino, quoniam
bonus &c. cum 12. Pater & Ave in honorem 12. graduum perfectæ humilitatis. Fili! regia via ad honores est contemptus honorum.

Dominica V. Quadragesimæ

Passionis Dominicæ.

VExilla regis prodeunt, fulget Crucis Mysterium! jam procul cum jocis, & levitatibus sæculi! oculi & sensus sint in Jerusalem! pergamus: Et en! inveniemus Jesum virum dolorum, leprosum, & omnium despectissimum. Fili! ad amores igitur! ad compassionem!

Instructio meritoria.

Fugiamus publicum, & in occulto,

to.

on.

-10

Ci.

re.

ad

211-

In

10-

ur,

ne-

a-

:0?

c!

er

80

m

a-

b

0

0.

ac solitudine sancta tandem stringamus Crucifixum. Hunc transeuntes adore mus medio flexo poplite, & falutemus illô amoris suspiriô : Amor! non ama. ris? amabo te. Recitetur hymnus ex Vesperis: Vexilla Regis prodeum, Prodeant & in nostris moribus.

II.

Æmonii incufatur Jesus. Quanta calumnia! quid responder Christus? Non habeo. Quam mitis hæcresponsio! respondisser alius: Impii Judai! vos habetis! vos ex patre diabolo estis! non sic Christus. Ut discamus, malum pro malo non reddere. Fiat!

Instructio meritoria.

Pro omnibus offendentibus nos, vel persequentibus offeramus hodie Rosarium deseptem doloribus. Sic injurias vindicant devoti Christo famuli.

Illianio 3 mil Ollunt Judæi lapides, ut jacerent in Jesum Quid mali fecit: veritatem dixit; ipsi autem mentiti sunt ei. O ingratitudinem! sic impius, cum in

pro:

profundum venerit, contemnit, & infultat Redemptori, Servatori suo. Quid nos? fili! è quorum sumus numero?

Instructio meritoria.

Condoleamus, & pro tanta perfidia fatisfaciamus recitando 33. Pater & Ave. In fine jungamus Te Deum Laudamus. Honore redimendus est ablatus honor.

Dominica VI. Quadragesimæ

Palmarum.

EXHORTATIUNCULA I.

Andem ingredimur scholam Passionis Dominicæ, & Theatrum omnium virtutum. Ecce! his humiliavit Deus semetipsum factus obediens usque ad mortem; mortem autem Crucis. O quanta demissio! & hæc Deus: Quidjam statuat peccator?

Instructio Meritoria.

Obedientia, & humilitas Christi ut operetur in cordibus nostris, usque ad confessionem proximam tres actus humili-

mus

ore-

mus

ma-

s ex

unt.

anta hri-

cre-

Ju.

olo

nus

t!

vel

ofa-

rias

ein

ica-

ei.

n in

ro:

Dominica Palmarum.

48

militatis, & tres obedientiæ exerceamus, & exercitos conscribamus, manibúsque R. Patris spiritualis extradamus, Interim pro majori merito exosculabimur quinque Vulnera Jesu sub 5. Pater & Ave. Hæcrequies mea! hic habitabo, vivam, & moriar!

II.

Siccine o fili! filius Dei tradetur Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellaverint, crudeliter occidetur! ita S. Lucas. Non erimus socii compatiendo! non comites passionem Jesu amorosius meditando?

Instructio meritoria.

Erimus! hinc à Recollectione mentis exordiamur instantem S. Passionis hebdomadem. Ideò quantum sieri potest, sugiamus publicum, & servemus silentium. Insuper in venerationem totius Passionis recitemus 33. Pater & Avecum hymno ex Laudibus: Lustris sex qui jam peractis, tempus implens corr

Dominica Palmarum.

poris &c. Frater Jesu non est, qui nescit pati cum Eo.

cea.

ani-

nus,

abi.

ater

ica-

en-

tur,

ve-

cas.

non ne

ntis

eb.

est,

en-

ius

roe

ex

1974

70-

III.

Uàm devotus hodie in Jerusalem populus ergà adventantem Dominum! straverunt enim vestimenta sua. Sic est: Quidquid in nostra substantia, & potestate, id omne in Dei impendatur obsequium. Deo enim proprium est (ait S. Thomas Aquinas) ut sit centrum totius amoris. Diligamus ergò sine modo, diligamus omni modo, diligamus, sicut diligibilis est. Thom. Villanov.

Instructio meritoria.

Et hoc, quando fieri potest convenientius, quam hac hebdomade dolorosa? ergò pro omni die certum actum humilitatis, & mortificationis nobis conscribamus, & ad exercendum à R. Patre spirituali licentiam cum Benedictione petamus. Oremus porrò expansis brachiîs Rosarium de quinque dolorosis Jesus tot, & tanta pro mysteriis. nobis: Nos autem quid pro Jesu? O li vel hîs diebûs plurima! maxima! opera

Cœna Domini.

40

opera illustrissima! Magnum magna decent.

Cœna Domini. EXHORTATIUNCULA I.

In N! appropinquavit dies, quâ Jesus se totum nobis dedit in edulium Satietur illô cor nostrum, adeò, ut nihil sapiat ampliùs, nisi Jesus. Præter hunc valeant omnia! Quid? ô fili! possidentes Deum exoptemus aliud? ubi illud! Quid mihi est in cælo? & a te, quid rolui super terram? suspirat David.

Instructio meritoria.

Trinis extraordinariis visitationibus consolemur captivum in tabernaculo Jesum. In prima oremus Lytanias de SS. Altaris Sacramento. In secunda officium minus de eodem. In tertia pro veneratione totius ætatis Christi 3 3. Pater & Ave cum Te Deum Laudemus. Frater fratrem redimat, si verè diligat!

II.

Jesu voluntatem. Quæilla? hoc facite in meam commemorationem.

Com-

Commendat his verbis quotidianam in templis, & ad sacrificia missa devotionem, reverentiam, & pietatem. nunquid nos negabimus? væ tantæ ingratitudini!

Instructio meritoria.

Certum hodie nobis statuamus modum audiendi quotidiè sacrum : Nimirùm recitandô vocaliter usque ad SS. Canonem SS. Rosarium cum aliis precibus. A tempore Consecrationis mentaliter Deo Eucharistico nostras necessicates commendando : Ad Agnus Dei spiritualiter communicando: Post sumptionem verò à Sacerdote peractam septem Pater & Ave cum Pfal. De Profundis &c. persolvendo pro lucrandis indulgentiis. Quam fancta Praxis!

Um diabolus jam possedisset cor Judæ, Jesus instituit pretiosi Corporis, & Sanguinis facramentum. O immensa Bonicas, quâ hominis convicta est audacia, & temeritas! profectò quanto magis homo Deum impugnat flagiciis, tancò magis concertat benefi-

ciis. C 2

gna

efus

um.

ihil

unc

en-

ud?

200

bus

ulo

- de

of-

pro

Pa-

aus.

gat!

curi

hoc

em.

m-

92 Dies Parasceves.

ficis. Fili! non erubescimus malina

Instructio meritoria.

O quot hominum erunt, qui pro tempore Paschali adibunt sacrilegemensam Domini! avertamus, quia possumus, & hodie ter coram Sanctissimo illum devotionis Rythmum è S. Thoma recitemus: Adoro te devote latens Deitas Oc. cum suspirio S. Francisci Xav. O Deus! ego amo te, nec amo te, ut salves me Oc.

Dies Mortis Dominicæ feu S. Parasceves.

EXHORTATIUNCULA I.

Teu! moritur vita! ô dolor! Jesus I aufertur! Crucifigitur Deus! Fi-li! ubi compassio? omnis creatura compatitur Christo morienti: Sol obscuratur: Terra concutitur: Petræ scinduntur: Velum templi dividitur: Sepulchra aperiuntur: Mortui resuscitantur: Quid hoc? & solus miser homo

non compatitur, pro quo solo patitur Christus? lacrymæ ubi estis?

Instructio meritoria.

Moriamur & nos cum morituro Jesu! quomodo! certa formando proposita, quibus sutura quam piissimè transigemus Paschalia sesta. Hæc appendamus ad Crucem Domini. O quam grata hæc erunt anathemata, addatur & Officium de S. Cruce. In hac omnis spes, & victoria.

II.

A Gnoscat ô fili! quam gravia sint vulnera, pro quibus necesse suit, Christum vulnerari. Vulnera autem fe-su plena sunt (ait S. August.) misericordia, plena pietate, plena dulcedine, & charitate. Intra hæc quis sese non abscondat?

Instructio meritoria.

Quinquies per hodiernam diem flexis genibûs adoremus Crucifixum, & præmissis quinque Pater & Ave exosculemur SS. Jesu vulnera cum gemicu: Anima Christi sanctifica me, corpus Christi salva me & c. curre! aperta sunt.

C 3 III. Quod

itiå

m-

am

&

de-

te-

eis

av.

348

fus

Fi-

m-

ra-

III-

Se-

an-

mo

lor

III.

O Uod quondam suis Origenes auditoribus, idipsum & meo inclamo silio: Crucisixum vides, & peccas? ô dilecte! solus aspectus Ctucisixi, & mortui Jesu nostras elicere deberet lacrymas, & quidem in tanta copia, in quanta sudit suas Catharina Genuensis exclamans: O Amor mi! non amplius peccatum! non amplius peccatum! non amplius peccatum!

Instructio meritoria.

Ut fiat, quid agimus? per omnem vitam statuamus feriam sextam perpetua venerari Passionis memorià, eam diem aut silentiò, aut S. rigore, aut abstinentià recolendo. Hodie oremus Stabat Mater. Etiam post Pascha manet Jesus in Cruce: Cur non & nos in amore?

Sabbathum Sanctum. EXHORTATIUNCULA I.

Onitum D. Pauli est: Fratres! expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, quia pascha nostrum immolatus est Christus. En! sili mi!

morien-

moriendum est homini veteri, veteri fermento malorum appetituum &c. & resurgendum cum Christo ad vitam novam, & sanctissimam. Pascha enim quid est nisi resuscitatio mortui mundi ad vitam, eamque perpetuam? ergò alii erimus.

Instructio meritoria.

Ad Resurrectionis spiritualis gratiam ut perveniamus, Mariæ assistentiam imploremus recitatione Cursûs Mariani coram sepulchro Domini. Maria potest in cœlo omnia homini prosicua.

H.

Video ad sepulchrum Mariam. Video & Matrem mæstissimam; quia ablatum sibi tam crudeliter deplorat filium, Jesum Amantissimum. Fili! accedamus, & lacrymas abstergamus. Quomodo?

Instructio meritoria.

Trina S. sepulchri visitatione, & cuilibet unum subjungendo Rosarium in honorem septem dolorum, quos in Passione Domini præcipuè sustinuit Ma-C 4

i -

So

1-

0

13

56 Dominica Resurrectionis Dom.

ria. Filius non est Mariæ, qui matris obliviscitur dolorosæ.

III.

SEpultus est Jesus. Ubi? in monumento novo. Etiam post mortem
Redemptor puritatem quærit, & diligit,
Sepulchrum Christi cor nostrum est.
O quoties in eo non sepelitur sacramentaliter! caveamus fili! ne quid de homine antiquo inveniat. Quæ enim Societas Christi cum Belial?

Instructio meritoria.

Maria largietur puritatem, sed rogata. Recitemus igitur officium minus de Immaculata Conceptione cum quinque Psalmis in honorem Mariani Nominis à S. Joscione recitari solitis. Maria dat omnibus abundanter. Tu teipsum non negligas in acceptando.

Dominica Gloriosæ Resurrectionis D. N. J. C. EXHORTATIUNCULA I.

Fili! liceat præ gaudio interrogare:
O Mors! ubi est victoria tua? Jesus
resurrexit: Eductis è limbo Patribus
victor

victor è sepulchro exivit. Io ô sili! jacet ad pedes dæmon! contritus est astutus serpens! sepultum ululat infelix peccatum. Accurramus igitur, applaudamus triumphatori. Demus locum Jesu. Hujus sanguine empti sumus.

Instructio meritoria.

Ne haustus in quadragesima dissipetur spiritus, & nostra tam sanctè operibus poenitentiæ exculta maculetur vita, hodie recollectionem adhuc continuemus mentis, sugientes publicum, & cum solo Jesu agentes, recitemus Cursum Marianum cum Te Deum Laudamus. Gloriari oportet in Resurrectione Domini! procul cum sensuum dissolutione.

II.

CHristus resurrexit. O magnum patientiæ nostræ fundamentum! frangant ergò corpus jejunia! labores gravent! frigus incurvet! deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus! patiar omne, in mortali corpore, non durabunt dolores: Resurget splendica dum

cris

2U-

em

zit.

eft.

n-

ni.

ica

ta.

nue

sà

at

n

e-

15

15

r

78 Dominica Resurrectionis Dom.

dum, & immortale. S. August. O mercedem patientiæ!

Instructio meritoria.

Ad modum diurnæ tesseræ sæpiùs per diem repetamus verba S. Jobi : Scio, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die surrecturus sum. Ut autem feliciter, Rosarium de quinque Mysteriis gloriosis offeramus cum gemitu: Domine! quando venies? aut comparebo antè faciem Dei mei?

III.

SI consurrexistis cum Christo, clamat Paulus, qua sursum sunt, quarite; ubi Christus est, in dextera Dei sedens. Fili! quid ad hæcnostra proposita? surrexit, ut nobis sedem in cœlo pararet gloriæ. Attendamus, ne morum dissolutione perdamus. Ubi Jesus, ibi sit & pia anima.

Instructio meritoria.

Vivamus igitur in gaudio spirituali, & ter visitantes Sanctissimum Altaris Sacramentum in honorem quinque Vulnerum Jesu jamjam glorisicatorum decem Pater & Are cum totidem Gloria Patri

Patri &c. oremus. Audeat amor majora, si generosus est!

Feria II. Paschalis.

EXHORTATIUNCULA I.

Surrexit Dominus verè. Sic credimus? fili! nam qui surgit, & iterum cadit, non verè surrexit. Surgere igitur, & denuò cadere, est quasi non surgere, imò deterius est, quam non surgere. Attendat proin, ne in mala, de quibus per S. Quadragesimam heroicè surrexit, reincidat in suturum. Relapsus provocat Deum.

Instructio meritoria.

Ecce! sanus factus es! jam noli peccare. Linguæ per diem hodiernam sollicitè invigilemus, ne tempore conversationis deficiat in verba malitiæ. Pro perseverantia omnium justorum tres primas Decades ex Rosario Glorioso cum 12. osculis terræ persolvamus. A terra discat tacere lingua.

II.

Nolunt duo discipuli euntes in Emaus dimittere Dominum, rogantes,

C 6 mane

er-

per cio,

20-

em

te-

:u:

780

nac

e;

ns.

ur.

ret

lif-

fic

8

Sa-

ul

de-

ria

tra

mane nobiscum. Fili! si Deum solummodò ad breve tempus teneamus, &
quavis peccandi occasione statim dimittamus, verè Dei Bonitatem deludimus:
Sed hoc ô quanta cum impudentia! nec
deerit Judicis vindicta. Persidus enim
(minatur S. Bern.) odibilis est, & silius
siet Gehennæ. Hæc non terreant?

Instructio meritoria.

Teneamus, & tenendô stringamus Jesum, nenostris amplius excidat osculis, & amplexibus. Hodie in Emaus est; quæramus visitandô cœmeterium, & quia Resurrectio est mortuorum vita, peccatorum venia, & sanctorum gloria, pro solatio desunctorum speciale Rosarium de 5. gloriosis Mysteriis oremus cum Vesperis ex officio Desunctorum. Quærite, & invenietis.

III.

Fili! ad Resurgentis Jesu aspiramus gloriam? benè. At recordemur, quanta oportuerit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam. A Cruce, à Passione quis nos exemit? sacrum nunquid

quid Pascha? minime; quia adhuc pender Christus de Cruce.

Instructio meritoria.

Fortè diabolus tentabit, paschalia turbare gaudia? resistamus sortiter in side, recitando Psalmum: Consitemini Domino, quoniam bonus. Tessera sit nobis diurna: Gaudebo in Domino! iterum dico: Gaudebo. Aversantur hæc gaudia inferi.

Feria III. Paschalis.

EXHORTATIUNCULA I.

Ouanta, ô fili! erga incredulum Thomam Dei clementia? Affer (jubet) manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed sidelis. Non obliviscar tui, quia in manibus meis descripsi te. En! perpetuam nobis promisit Christus nostrûm memoriam. Et hæc respectu illius tam rara in nobis! ô confusio! ô ingratitudo!

Instructio meritoria.

Cuilibet sacramentali communioni posthac speciale jungamus propositum, quò nostram contestabimur in Deum

7 fide-

no

8

it-

18:

ec

im

US

US

u-

ft;

ta,

ia,

an

us

m.

US

II's

(ic

à

n-

iid

Feria III. Paschalis.

62

fidelitatem; hodie à temperantia incipiamus, pro qua obtinenda ter spiritualiter communicabimus cum adjunctis temperantiæ actibus, & Psalmo: Quemadmodum cervus desiderat ad sontes aquarum. Gustate; quia suavis est Dominus.

II.

Gosum, ait Jesus stans in medio discipulorum quasi diceret: Ego solus, & non alius mecum, sustinui, passus, & crucifixus sum pro vestra salute:
Pax vobis! en! fili! nostris oportet
meritis consequi effectum Passionis Dominicæ; nam diligentibus, & quærentibus Deum omnia cooperantur in bonum; pigris verò & negligentibus in
peccatum. Tu quis es?

Instructio meritoria.

A manè, & nocte excutiamus generosè torporem, & pro augendo fervore in Divinis obsequiis, & augendis meritis oremus Officium de Dulcissimo Nomine Jesu. Jesus ignis est: Accede, & inflammabere!

III. Ve-

III.

Christus. Et ô quantus oritur metus. Dispellit Christus dicens: Ego sum; nolite timere. Timendus non est Deus, sed diligendus. Quod timendum, solum peccatum est. Hoc si timeamus, nunquam habemus, cur Deum timeamus? sili! qualis hæc doctrina?

Instructio meritoria.

Saluberima. Exequamur, & ut Deus in conversatione nostros custodiat sensus, post mensam coram Sanctissimo Venerabili 10. Pater & Ave recitemus cum desiderio: Anima Christi Sanctissicame & c. Sic socius erit inter pericula Jesus.

Dominica in Albis. EXHORTATIUNCULA I.

Oriamur tandem sæculo, ut eò persectius vivamus Christo tanquam silii novogeniti. Sed quæritur: Quomodo? dico: Puritate, & candore mentis ac conscientiæ. Ita hodierna monet Dominica in Albis. Fili! ô si mundi sieremus toti!

ICI-

ua-

Ais

m-

tes

0-

di-

60-

af-

e:

tet

0-

ti-

0-

in

C-

re

i-

24

Dominica in Albis.

Instructio meritoria.

Votum hoc sanctum est: ut confirmet Mater pulchræ Dilectionis, oremus Officium Majus. Castam Matrem castus decet filius.

II.

Acem dat suam nobis hodiè Christus. Unde ergè tanta in cordibus tristitia? sili! audiamus S. Chrysostomum: Nemo læditur, vel turbatur, nisi à seipso. Omnis inordinatus affectus pœna sibi est maxima. Curemus itaque, & sanemus, ne cum pace cordis amittamus & angelum pacis, Christum Dominum.

Instructio meritoria.

In actuali commotione nihil loquamur, sed vel orando, vel spiritualiter aliquid legendo, nos intra nos colligamus. Pro conservanda autem cordis tranquillitate recitemus Officium de Dulcissimo Nomine Jesu. Pacem invenit, qui Jesum ore & corde diligit.

III.

Sicest! visô Dominô gavisi sunt Apostoli. Profectò totum gaudium nostrum strum esse debet solus, & unicus Deus. Ita D. August. Qui vult secure, & quiete gaudere, in eo gaudeat, qui non potest perire. Gaudium nostrum non est de hoc mundo. Cur tamen delectamur in eo?

Instructio meritoria.

Pateat cor nostrum soli Deo. Ergò ad ecclesiam nobiscum per trinam Visitationem. In prima recitemus Officium de SS. Altaris Sacramento. In secunda Rythmum S. Thomæ: Adoro te devote latens Deitas. Intertia Litanias de SS. Nomine Jesu. Visita, & visitaberis.

Dominica II. post Pascha. EXHORTATIUNCULA I.

A Mor purus non est mercenarius, ait S. Bernardus. O quam rari Amatores puri! quærunt potissimi, quæ sibi honorisica, commoda, ac delectabilia; pauci, quæ sunt Dei & Jesu Christi. Ex quorum numero sumus? ô si paucorum!

Instructio meritoria.

Amor impurus, & mercenarius, ut cordi-

fir-

lus

ca-

ri-

di-

0.

ur, fe-

IUS

dis

m

la=

er a-

lis

11-

ic,

16

m

cordibus pellatur omnium Christianorum, offeramus Christo Officium de Suavissimo Nomine suo, addendo Rythmum S. Franc. Xaversi: O Deus! ego amo te. Quis ut Deus!

II.

Uod lupus inter oves, hoc peccatum est inter opera bona: Lupus rapit, & dispergit oves, air hodiernum S. Evangelium. Idem facit & peccatum. Rapit, & dispergit Deum, cœlum, omnia, quis sibi non timeat à tam crudeli bestia?

Instructio meritoria.

Lupus instat! fugiamus! in hac fuga stat omnis salus. Ut nos præservet Deus, à manè expansis brachiis recitemus Psalmum: Miserere cum De Profundis. Latrat dæmon: Quid tum! non mordebit sugientem.

III.

At Christus animam pro ovibus suis. Quis hic modus, quam mirabilis ars amoris? petit à nobis, hanc, vel illam sibi donari passionem, tristitiem, & tolerantiam tempore Crucis:

Petit

Petit voluntatem, & judicium sibi offerri in victimam: Sed o ingratitudinem! omnia ei negamus. Reddimus potius pro bono malum, pro virtute peccatum.

Instructio meritoria.

Impugnemus impugnantes nos, & passioni, quâ vehementius infestamur, in honorem septem Gaudiorum Beatissimæ Virginis opponamus septem actus contrarios cum Psalmo ter repetendo: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis & c. Hostis cadit resistentia alterius.

Dominica III. post Pascha. EXHORTATIUNCULA I.

Vult Christus Jesus, ut gaudia fallacis sæculi penitus mittamus, & cum Ipso in solis tribulationibus, tentationibus, & adversitatibus gaudeamus, O sili! nónne durum, & asperum hoc mandatum est! oportet tamen implere, si & ipse cupiat cum Jesu æternúm lætari in cœlis.

Instructio meritoria.
Obvias Cruces, & ærumnas hodie accipia-

0-

de

1-

0

an

10-

I'm

C-

e-

n

ça

et

e-

?

18

i-

Cs

ic

Dominica III. post Pascha.

cipiamus de manu Dei gratias agentes, & dicentes: Quam bonus Israël Deus his, qui recto sunt corde. Et ut inter adversa semper gaudeamus, & contristemus nunquam, in venerationem 7. gaudiorum B. V. M. recitemus hodie Cursum Marianum. Maria in gaudio: Cur tristis est anima tua?

II.

Magna veritas! profectò modici & breves sunt dies hominis, & tota ejus vita quid aliud nisi breve modicum, quò homo vivit, videt, & videtur. Sed paulò pòst inveniemus eum in tumulo. Sicin ictu oculi clauduntur omnia. Fili! ut quid ergò transitoriis, momentaneis immergimur?

Instructio meritoria,

Legamus ante somnum adhuc aliquid de morte, & sequetur suavissima nox. Mortis memoriam ut in sensibus nutriamus, oremus illum Lessum: Dies ira, dies illa Ge. cum Psalmo Miserere. Beatus, quem si venerit Dominus, invenerit vigilantem.

III, Fi-

III.

Cum cœlo, & æternitate, quidquid possidet mundus. Et hôc modicô multishi emere solent cœlum cum Deo; at plures (& quæ hæc insania?) miserias sibi comparant perpetuas; quia pro Deo & cœlo sibi eligunt mundi, & vanitatum stercora. Nos quid statumus? si sapimus, Deum cum cœlo.

Instructio meritoria.

Suspiciamus igitur patriam supernam cum suspirio: O quam sordet mihi terra, dum cœlum aspicio. Et ut crescamus piis desideriis erga Deum, & nostram in cœlis quondam obtinendam gloriam, trinam instituamus Visitacionem ad templum, & Ecclesiam, ubi quam devocissimè persolvamus Psalmum: Quam dilecta tabernacula tua Domine Deus virtutum & O Jesu! bonum est ibi esse; faciamus nobis tria tabernacula.

Do-

s, &

his,

ersa

THI

dio.

Cum

Cur

me. dici

ejus

quô

ulò

cin

im.

uid

OX.

ria-

rdo

ere.

Fi-

70 Dominica IV. post Pascha.

Dominica IV. post Pascha. EXHORTATIUNCULA I.

Fili! non irascamur, aut contriste mur, si Deus nobis subtrahat in ternæ gratiam devotionis, aut alias minus prævisas submittat adversitates. Expedit enim, ut Christus vadat, & immittendo Cruces sese ad tempus abscondat. Sic enim veniet Paraclitus, & sui nos visitabit gratiis. Carere Deô propter Deum, summa sanctitas est.

Instructio meritoria.

Ad impetrandam fortitudinem, & Christianam constantiam tempore to bulationis recitabimus tres primas De cades ex SS. Rosario Doloroso in satisfactionem omnis nostra impatientia, & indignationis. Pati! pati! ô fili! nos dejici!

II.

Uam rara hominibus veritas! plerumque hæc parit odium, & persecutionem. Fili! tu sustine, & sta pro Dei honore non quid judices, aut sentiat homo, attende; sed quid bona, & recta dictet conscientia, exequere. Sic eris perfectus Christi discipulus hodie de seipso accestantis : Ego veritatem dico vobis. In schola Christi non datur nisi Veritas.

Instructio meritoria.

Ut maneamus perpetui veritatis, & Justiciæ cultores, perfolvamus in honorem Verbi Incarnati 12. Pater & Ave cum totidem Gloria Patri &c. & ofculis cerræ. Premamus labia, ne devient in Verbo.

III.

Ili! judicabimur depeccato, & justitia. Credimúsne hoc? eur ergo peccare non timemus? cur virtutem, & Deum non diligimus? arguamus jam nos ipsos, humiliando capita nostra, pœnitendo de vita præterita, & iniquitates deplorando. Profectò sic nobis Dei tribunal reddemus propitium, Esto judex tui, & non eric Deus.

Instructio meritoria.

Ut timorem acquiramus perfectum omnis peccati, simulque cordibus implantemus radicalem amorem veræ fan-

Etica-

1a.

riste

et in

s mi

Ex.

Z im

fcon-

k fuil

pro-

e tri

De.

fatis-

æ, å

non

ple-

per-

, & icet,

bo-

na

72 Dominica V. post Pascha.

Aitatis, & justitiæ, unam specialem visitationem Sanctissimi Venerabilis instituamus, & coram eo 33. Pater & Ave persolvamus expansis brachis. Fili! quò proximior Jesu, eò remotior à peccato.

Dominica V. post Pascha. EXHORTATIUNCULA I.

Petite, & dabitur vobis, non potest abstinere Deus, nec sese continere à nimia liberalitate; perpetuò cupit benefacere. Ideò nos exhortatur, ut sint intermissione oremus, quia sine intermissione vult dare, quomodo ergo irritum facimus votum Dei, & bonum nostrum, nihil petendo? sili! mendici sumus Dei; siducialiter pulsemus; & aperietur thesaurus indeficiens. Magni Domini volunt rogari.

Instructio meritoria.

Verum misereamur præprimis dilectæ Matris, Romanæ Ecclesiæ, pro cujus stabilitate, & incremento recitabimus coram Sanctissimo Altaris Sacramento (temporetamen opportuno) Litanias Dominica V. post Pascha.

73

de Omnibus Sanctis. Amor erga Matrem probat filium.

II.

Vultne amari à Patre Cœlesti? sili! ergò Christum diligat; quia ipse dixit: Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis. Qui Christum non diligit, dispergit, dilecte! hunc solum reneat; cætera contemnat.

Instructio meritoria.

Ad impetrandum fæculi contemptum adeamus Cæmeterium, & post præviam transitoriarum vanitatum considerationem vesperas subjungamus ex Officio Desunctorum. Sepulchra inspice, & sapere disce.

III.

Monet D. Paulus in hodierna Epistola: Charissimi Fratres! estote sactores verbi, non auditores tantum. Non quid sciverit homo in via mandatorum Dei, interrogabitur in extremo judicio, sed quomodo eadem observaverit. Scienti bonum, & non facienti peccatum est illi! en! essatum S. Jacobi.

In-

ili-

Ai-

Ave ili!

ec-

est

ere

be-

ine

er-

rri-

10-

Su-

2-

gni

Ax

jus

1119

one

ias

de

Dies Rogationum.

74

Instructio meritoria.

Ut verò in accuratum & fidelem Divinorum mandatorum excrescamus executorem, in nostro cubiculo humiliter coram Crucifixo genuste camus, & cum magna cordis compunctione persolvamus: Consiteor Deo Omnipotenti &c. Sicque Jesu doloroso culpam nostram dicamus de omnibus nostris negligentiis, præsertim de tot omissis pretiosis virtutum variarum operibus, quæ debuissemus operari ex multiplici instinctu Spiritus Sancti, & non operati sumus. In sine addamus Psalmum Miserere. Peccasti? non erubesce te humiliare.

Dies Rogationum. EXHORTATIUNCULA L

Puri, & mundi accedamus ad orationem. Induamus nos meritis Christi, quæ nostra sunt: Namilla nobis commodavit. Per Jesum ergò ô sill deprecetur Patrem, ut eò promptiùs moveatur ad dandam vobis petitam elemosynam. Anne minùs misericos est Deus, quàm nos miseri?

In-

Instructio meritoria.

Munda ut sit semper oratio nostra, Processioni hodiernæ intersit cum omni gravitate & modestià angelicà, & ex speciali devotione erga SS. Trinitatem persolvamus officium minus de eadem, deprecantes pro distractionibus sub precibus sæpè sæpiùs admissis. Cor mundum respicit Deus.

II

Fili! conqueri non possumus de Deo, si nobis non concedat gratias, quas petimus ob Passionem Filii; quia nec nos ob illius mortem volumus deponere culpas, & desectus quotidianos. Quomodo volumus inclinare voluntatem Patris ad nos ob sanguinem Filii, si ob eundem sanguinem nondum statuamus nostram relinquere voluntatem perversam? irreverenter petimus: Et exaudiri desideramus? qualis temeritas?

Instructio meritoria.

Satisfaciamus proin, & coram quadam imagine dolorosa 12. Pater & Ave cum totidem Gloria Patri &c. recitemus, ac pro sancto odio propriæ volun-

D 2

tatis

Di-

exe-

iter

um

va-

9°C.

di.

tiis,

·tu-

Te-

pi-

In ec-

ra-

itis

10fili!

iùs

eest

In-

Dies Rogationum.

76

tatis morienti ex obedientia Christo Redemptori offeramus. Obediendo similes erimus Altissimo.

III.

Irum! homines volunt non tam rogari urbanè, sed & humiliter: Et nos Deum præsumimus exorare elati, immodesti, garruli, & distracti? discamus à Christo orare in horto. En! fervet etiam usque ad guttas sanguinolenti sudoris. Ubi servor? ubi devotio?

Instructio meritoria.

Ut imitemur, in honorem omnis à Christo Jesu essus pretiosi sanguinis 15. Pater & Ave persolvamus, quibus & illam jam notam oratiunculam subjungamus: Respice, quasumus Domine! super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit & c. Ex die & sesto Cœnæ Domini. Inuncta sanguine Christi ò quam Deo accepta oratio!

In Festo Ascensionis D. N. J. C. EXHORTATIUNCULA I.

Præparavit nobis sedem à dextris Patris. Nostrûm est, vitâ exemplari, & contemptu sæculi occupare, & assequi eam. Utique non morabimur? ergo citò ad labores! & ad virtutum itinera.

Instructio meritoria.

Uteò feliciùs pergamus, tres primas Decades ex SS. Rosario Glorioso recitemus, & in fine inter angelicos jubilos intonemus Te Deum Laudamus. Lætetur cor quærentium Dominum.

II.

VAdit Jesus. Invitat nos, ut sequamur. Et quomodo? relinquamus mundum ut Jesus, & deponamus vana, inania, transitoria desideria, sursúmque tendamus ad immortalia. Sic perveniemus, ubi regnat Christus Jesus mortis triumphator nobilis. Ab exilio itaque ad patriam!

Instructio meritoria.

Et ne aberremus, solitudinem hodie D 3 quæ-

e-

G-

m

r:

ti,

ca-

er-

nti

s à

8

111-

(u=

mi-

ta-

ini.

leo

In

Festum Ascensionis Dom.

78

quæramus, aut conversationi intersimus cautissimi; privatim verò ascendentem ad coelum Christum Dominum comitemur Psalmô Davidicô: Laudate Dominum de cælis, Laudate eum in excelsis, O quam sordet terra, dum cœlum aspicio!

III.

Ja dilecte! neglectis terræ fordibûs, mentem, & oculos ad cœlum convertamus, ubi Jesus nos expectat. Abiit Christus in requiem suam. Quando ibimus & nos? post multam passionem, & patientiam. In valle lacrymarum, & miseriæ homo ambular, quamdiu vivit in terra. Et hanc tamen ita diligimus ? fordescant tandem vilis glebæ stercora! nati & dati sumus terræ : Vocati verò ad coelum.

Instructio meritoria.

Ibi ut nostram inveniamus optatam requiem, hodiernam sacramentalem communionem eò ordinemus, diem cercam per hebdomadem pro morte determinemus, huic specialia opera defignemus, & ut post multos labores fuaviDominica Infra Oct. Ascens. D. 79
suaviter requiescamus in sinu Jesu, &
Mariæ, pro dispositione mortis felicissis
mæ Litanias Lauretanas recitemus
cum Vesperis ex Officio Desunctorum.
Domine! quando venies!

Dominica Infra Octavam Ascensionis D. N. J. C. EXHORTATIUNCULA I.

Monet hodie D. Petrus: Fratres! prudentes estote, & vigilate in oratione. Sanè vigilandum, orandum, & sanctè, ac prudenter his diebûs vivendum est; quia appropinquat tempus gratiarum. Vivemus autem prudenter, si puritati, ac internæ recollectioni studuerimus exactè. Ah! si Deus intùs, quanta consolatio?

Instructio meritoria.

Pro condigna ergò præparatione ad Spiritûs Sancti Adventum imploremus omnes Sanctos Cœlites per Litanias Majores, & manè vix excitati, nos statim è lectis proripiamus, & procidentes in genua suspiremus: Veni Sancte Spiritus. Recitemus & hoc die Officium minus D 4

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

1113

em

te-

211-

fis.

pi-

ûs,

n-

Diic

bi-

&

&

Vic

15 ?

ra!

erò

m

em

em

de-

de-

res

vi-

de Eo. O Beata dies, cujus initium tand tus Deus!

II.

Cce! stat, & pulsat ad cor nostrum Divinus Hospes. Spiritus Sanctus rogat: Aperimihi. Quid, fili mi! statuemus? claudamus mundo, carni & diabolo, & solum admittamus Amoris Spiritum. Tunc gustabimus, quàm sti jucundum, relinquere se, & cætera omnia, & duntaxat quærere æterna. Si Deus non placeat, quid erit aliud?

Instructio meritoria.

Ut autem in nostris divertat cordibus Amor Divinus, flexis genibûs persolvamus Livanias de Spiritu Sancto, septémque actus renuntiationis de sæculo speciales exerceamus, & exercitos Ven. Patri Spirituali fideliter exhibeamus, aut pro exercendis paternam estagitemus licentiam. Amorem amori tribui expedit.

III.

Quanta in nos Dei Bonitas! Deus non erat contentus, suum dedisse Unigenitum pro pretio Redemptionis nostræ: Desuper sontem aperuit omnium nium donorum, dum Spiritum Sanctum promisit. Potustne Deus, utut
infinitè potens & Dives, plus nobis donare? non potuit, quia seipsum dedit.
Et qualem à nobis dispositionem exigit
ad recipiendum? prorsus modicam.
Deus omnium bonorum plenitudo est;
plenitudo verò, nisi vacuum inveniat,
se effundere non potest. Cor ergò evacuemus nostrum, evacuemus nobismetipsis, evacuemus desideris seculi, &
omnibus, que Deus non sunt. Sic veniet dies, & implebimur Spiritu Sancto.
Fili! exinanite! quid moramini?

Instructio meritoria.

Ut tantam promereamur gratiam, jugiter ex Adventu repetamus illa septem O. Majora cum adjuncto in fine hymno: Veni Creator Spiritus, mentes tuorum visita &c. Certaque bona opera per hos octo dies pro condigna cordis præparatione exercere statuamus, sed cum præscitu, & benedictione Ven. Patris Spiritualis. Clama, ne cesses. Tempus non erit ampliùs. Ut invenias, nunc expedit, ut quæras.

DS

Do-

and

um

tus

ta-

18

ris

lic.

m-

Si

ous

va-

m.

oe-

Pa.

aut

s li-

dit.

eus

iffe

nis

m-

ım

Dominica Pentecostes.

82

Dominica S. Pentecostes. EXHORTATIUNCULA I.

Durum est ô fili! resistere Spiritui Sancto, vel Eum contristari. Et quoties non contristavimus? negligendô Illius Divina lumina? sit tandem finis ingratitudinis nostræ, & audiamus, quid tantus Hospes nobis imperet, videlicet: declina à malo, & fac bonum. En! peccatum horret, & virtutem desiderat. Negabimusne? absit!

Instructio meritoria.

Proin ut in fuga, & horrore peccati crescamus, magis, magisque virtutem æstimemus, hodie ordinario Rosario jungamus & alterum sub Mysteriis Glorios. Manè excitati à somno, statim elevemus oculos ad cœlum, & Divinum Hospitem invitemus inclamantes: Veni o S. Spiritus! reple tuorum corda sidelium. Sponsam sponsum venerari decet.

N Escitis, quia templum Dei estis vos, & Spiritus Sanctus habitat in vobis. Fili! si hoc, necesse est, ut caveamus quam

quam diligentissime, ne vel sensus, qui templi hujus sunt januæ, vel cor, quod est sanctuarium, curiosstate, aut evagatione sædetur. Simus ergò custo des internæ puritatis.

Instructio meritoria.

Ne amittamus, solitarii vivamus ad unam, vel horam alteram. Sic oculi, sic & lingua in quiete erunt. In solitudine verò nostra colloquamur Spiritui Sancto, orandò flexis genibûs 12. Pater & Are in venerationem duodecim Fructuum Spiritûs Sancti accedite, & illuminabimini.

III.

Christi! Cum venerit Ille, arguet mundum de peccato, quia in me non crediderunt. Spiritus proin veniet Domini, ut condemnet infidelitatem, vel potius fidem mortuam tepidi Christiani, qui cum Christum Jesum verè cognovisset, non tamen sicuti Deum gloriscavit; quia fidei suæ per mores corruptos infamiæ notam aspersit, & per improbam vitam divinas impugnavit veriprobam veriprobam vitam divinas impugnavit veriprobam veriproba

icui

Ec

en-

mis

uid

et:

ec-

at.

ati

em

rio

0-

im

ım

eni

de-

ec.

099

15.

us

im

tes. Fili! quæ est vita nostra! si sine operibus bonis, judicabimur graviter. In Jesum credimus! Fac opera Christi, ut vivat sides tua, ait S. Bernardus.

Instructio meritoria.

Capimus? nulla proin hâc die nobis prætereat hora sine labore, aut pietatis exercitio. A prandio speciali visitatione veniamus ad Jesum, & coram Sanctissimo 15. Pater & Ave cum Credo persolvamus in honorem quindecim SS. Mysteriorum Vitæ Jesu. Otium sugiamus & ardebimus Spiritu Sancto.

Feria II. post. S. Pentecosten. EXHORTATIUNCULA I.

Nulla in discendo mora datur, ubi Spiritus Sanctus Doctor adest. Tace, fili mi! quiesce, & late. Tunc audies, quid tantus cordi tuo loquatur Deus. Quis nescit, quantum homo indigeat illius alloquiò?

Instructio meritoria.

Id ut mereamur frequentiùs, semel hâc hebdomade saltem nos subtrahamus publicæ conversationi. & locò hujus adea-

adeamus Ecclesiam, oraturi 14. Pater & Ave in honorem septem donorum Spiritûs Sancti promittentis: In solitudine me invenies.

II.

A D faciendum bonum quid in nobis bonus non operatur Spiritus?profe- to monet, movet, & docet. Monet memoriam: movet voluntatem, & docet rationem: Nec minimam paleam intra cordis, quod possidet, habitaculum patitur, sed statim igne subtilissimæ circumspectionis exurit spiritus sapiens, & dulcis. Et ô fili! nos tam duri, tam frigidi, & incurii sumus?

Instructio meritoria.

Magnum donum circumspectio! ut obtineamus, in venerationem 12. Fru-Etuum Spiritûs S. orabimus 24. Pater & Ave cum Gloria Patri & c. In ingressu autem cubiculi semper genustectentes dicamus: Veni Sancte Spiritus! adte meus suspirat animus.

III.

IN terra datur spiritus, ut diligatur proximus. Datur & è coclo spiri-D 7 tûs,

ine

er.

Ai,

bis

acis

10-

an-

edo

cim

fu-

en.

ubi

est.

unc

itur

in-

mel

nus

ijus

dea-

tûs, ut diligatur Deus. Sicut ergò est una charitas, & duo præcepta, ita & unus Spiritus, & duo munera. Fili! cape tibi hoc, qui spiritum dividis, dum Deum te diligere asseris, & proximum ubique contemnis. Qui vos spernit, me spernit.

Instructio meritoria.

Petamus igitur Unionem cum Deo, & ut evidentiùs tribuat, coram Sanctissimo meditationem pro opportunitate temporis instituamus de Adventu Spiritus Sancti cum hymno: Veni S. Spiritus Gr. &: Te Deum Laudamus. Addamus unam, alteramve cibi abstinentiam, qua nostrum venerabimur Sponsum, & dulcem animæ hospitem. Quotidie vobifeum sum: Et non cognovistis me! Quid impudentius? homo recordatur hominis: Cur non & supremi Domini!

Feria III. post S. Pentecosten. EXHORTATIUNCULA I.

Verbum consolationis! Ego sum ostium, ait Christus ipse: Per me si quis introierit, salvabitur. Fili! utique

utique intrabimus? & ut oves mansuetæ, simplices & obedientes sequamur Pastorem, ne sur veniat, nos mactet, & perdat. Jesu! salva nos! perimus!

Instructio meritoria.

Charitas benigna est. Ut peccatores jamjam de salute periclitantes, denuò revertantur ad gratiam Christi, Litanias de omnibus Sanctis devotè, & exemplative recitemus, additò unò, vel alterò mortificationis actu in mensa exercendò. Beati mites, & misericordes, quoniam misericordiam consequentur.

II.

A! quot fures! quot latrones noftræ insidiantur animæ. Et quid
volunt, nisi ut furentur, mactent & perdant in cordibus nostris Deum cum modestiæ gravitate, & conversione morum!
sil! & non cautè ambulemus? circumspectione opus est, ne deviemus ab ovili
Christi Jesu. Bonus Pastor vocat! sequere.

Instructio meritoria.

Cum eo ut perseveremus usque in finem, ut & in Christiana circumspectio-

eft

&

ili!

ım

ım

me

8

no

n-

ûs

MC.

us

uå

11-

bi-

e?

ur

iì

778

epo

i!

16

ne potenter superemus inimicos no-stros, ab actibus sæculi nos hodie abalienemus, & lectioni spirituali erecto, ac libero corpore intendamus præmittentes hymnum: Veni Sancte Spiritus! & in sine subjungentes: Te Deum Laudamus. Vita circumspecta & recollecta Laus Dei magna.

III.

Num est ovile, unus Pastor; quia una Ecclesia, & unum Caput. Sed en! quod sunt, qui illud despiciunt, & a bono pastore sponte aufugiunt! hæretici, apostatæ, & schismatici hi infelices sunt. Pro quorum reditu, & conversione quid statuimus!

Instructio meritoria.

Matrem amat? Jesum veneratur & colit? ne per hæresin passio Christi diutiùs pessumdetur, accedat mi fili! Ecclesiam, & Psalmos graduales pro sua pietate recitet, & versus quatuor mundi partes se vertens genussectat, & cum affectu adorationis dicat: Te ergo quasumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti. Et hoc non sit ho-

nora-

norare, & consolari Matrem? hoc non sit, misereri fratrum?

Festum Sanctissimæ, ac Individuæ Trinitatis.

EXFORTATIUNCULA I.

Scit, quanta sint beneficia Creationis, Redemptionis, Sanctificationis, & Vocationis. Et his quid debet? se to-tum. Reddat ergò, quod debet toti SS. Trinitati. Solvamus! hæc dies est gratitudinis nostræ.

Instructio meritoria.

In aliqualem tantæ Bonitatis satisfactionem oremus 12. Pater & Ave
cum Te Deum Laudamus. Jungamus
& tres actus heroicos abstinentiæ, quibûs nostrum probemus amorem SS.
Trinitati. Deus! quod habemus per
te, tibi denuò reddimus.

bond to not in II as

Nquirere de SS. Trinitate, perversa curiositas est: Credere, & tenere, sicut sancta tenet Ecclesia, sides, & securitas est. Videre autem eam, sicuti est, summa, & persecta felicitas est. Chare!

nolie-

ac

en.

in

us.

Dei

uia

ed

&

re-

ces

er-

OF

li-

C-

ua

di

f-

u-

6

)-'= non & nos eò suspiramus? feliciter pertingemus, si comites habeamus sidem, spem, & charitatem ardentissimam. Sorores sunt, stringamus.

Instructio meritoria.

Et ut firmiter has virtutes Theologicas teneamus, pergamus ad Ecclesiam, & in honorem SS. Trinitatis tria Altaria salutemus, ubique recitando tria Pater & Ave cum Credo & tribus Gloria Patri &c. Deus in templis: Quid moramur? vult quæri! vult rogari! mendici & pauperes sumus: Et mendicare erubescimus?

III.

E Go Deus, & non mutor. O gaudium! multa, & mirabilia operatur
in nobis SS. Trinitas; verum manet
femper Unus, & indivifus Deus. Cur
homo tam citò mutatur & avertitur à
bono? & nos imagines simus Sacrosanctæ Trinitatis? deploremus inconstantiam.

Instructio meritoria.

Singulîs diebûs Dominicîs speciale ineamus pactum cum SSS. Trinitate, & quidFestum Corporis D. N. J. C.

91

quidquid vel agendum, vel patiendum occurrerit per septimanam, absolute consecremus ei omnia. Pacto subjungamus: quicunque vult salvus esse cocad Nomen SSS. Trinitatis profunde nostra inclinemus capita nobiscum illud ruminantes: si Deus ego sum, ubi honor meus.

Festum pretiosi Corporis D. N. Jesu Christi.

EXHORTATIUNCULA I.

Venerabili Sacramento: amorem & compassionem. Amorem; quia in cibum, & potum se nobis obtulit totum; compassionem, quia necdum finis offensarum, ac irreverentiarum, quibus quotidie contristatur in suo Amoris Tabernaculo. Quid igitur agendum, ut & diligamus, & diligendo Dilecto compatiamur?

Instructio meritoria.

Pro avertendis gravioribus offensis, acinjuriis Litanias de Sacrosancto hujus Sacramenti Mysterio recitemus in templo.

er-

em.

0-

gi-

m,

ria

ter a-

ra-

di-

are

IU-

ur

ec

ur

à

0°

n-

8

d-

plo. Manè autem excitati per hanc amorosam Octavam citò nos proripiamus ex lectulo, & provoluti in genua suspiremus ad cœlum, & totum universum: Centies millies laudetur & adoretur Sanctissimum Altaris Sacramentum! Non carebit suo fructu hæc generosa matucina devocio.

II.

Fili! an non hodie ingemiscamus cum mellistuo Bernardo: si totum me debeo pro me facto, ac creato: quid addam pro me refecto, & refecto tam mirabili modo! O perside munde! vade retrò cum tuis deliciis! has offers, ut corpore & anima primas. Non sic Jesus, qui se totum in ara immolat, ut homo æternùm vivat. Quis non accedat?

Instructio meritoria.

Quidquid hodie sumpserimus de cibo, aut potu, intingamus priùs in sanguine, & vulneribus Jesu. O quàm benedicta hæc erit resectio. Nec ulla transeat mensa, ubi circà hujus medium non recolligamus animum, eumque spirituali communione mentaliter revolvendô

Rych-

Rythmum: anima Christi sanctisica me &c. non resiciamus. Pro gratitudine ratione instituti SS. Altaris Sacramenti dicamus psalmum: Benedic anima mea Domino, & omnia, que intra me sunt, nomini sancto ejus. Grande Mysterium! sed ubi retributio?

HI.

Dilecte! grande nobis paratur convivium, in quo Christus Jesus sumitur, recolitur memoria Passionis ejus, mens repletur gratia, & cerrum nobis datur pignus suturæ gloriæ. O quot sunt beneficia in hoc Sacramento Amoris! & quid rependimus? nunquid offensa? injurias? sed hoc non est diligere Jesum. Ostendam modum alium. Sic jubet Amor.

Infructio meritoria.

Dum soli sumus in cubiculo, genustestamus versus quatuor mundi plagas cum affectu adorationis: Laudetur, & ametur centies millies Sanctissimum Altaris Sacramentum. Subjungamus desuper unam, velalteram visitationem dulcissimi Venerabilis extraordina-

anc

oia.

nua

rer.

tur

m!

na-

rius

um

uid

am

va-

, uc

us,

mo

CI-

ui-

dia

eat

re-

iali

dô

ch-

dinariam. Hospes adest! nugæ valete præcedit Jesus! non novi vos.

Dominica infra Octavam Corporis Christi,

Dominica II. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

Charissime! noli mirari, si vos odit mundus; quia diligitis, & quaritis Deum. Id quod nec damon, no patitur saculum. Nil interest! oderit vos mundus! quid tum? vos interimed ferventiùs properate ad Dominum. Quò infensior inferis, eò gratior superis.

Instructio meritoria.

Properate, inquam, & hodie per diem sepius oculos vestros ad cœlum levate cum suspirio intensissimo: aquam sorde mihiterra, dum cælum aspicio! pro obtinendo contemptu perfecto sæculi, & omnium terrenorum per quadrantem visitemus Sanctissimum Venerabile recitantes 12. Pater & Ave cum renovatione trium solemnium Votorum. O quam dulce est velhorum meminisse!

II.

II.

O Excæcatos homines! paratur menfa regia, invitantur omnes, &
finguli. Vix aliquis apparet. Et hoc non
doleat amanti Jefu? ad folatia, & recreationes corporis quomodo non festinamus? ad Jesu corpus, & sanguinem (ah!
fercula preciosissima!) vix pedem levamus, nauseantes quasi cum Israëlitis super cibo isto levissimo! quæ hæc ingratuitdo! irreverentia quanta! erubescamus, dum vel solum recordamur.

Infructio meritoria.

Satisfacturi, nulli intererimus posthac refectioni sine spirituali communione, quæ instituatur hoc Sancto suspirio:
Jesu! ubi es? habet jam corpus sua: da
& anima tua: auge nimirum sidem, sirmaspem, accende charitatem, ut nil mihi sapiat, nisi tu Deus meus, & omnia.
Post mensam addatur Officium de Sanstissimo Altaris Sacramento. Cum Jesu,
prosunt omnia.

III.

O Frivolas mortalium excusationes!
ut uxori, bobus & asinis serviant,

rem-

alete

ten.

odit

ıæri.

nec

derit

m eò

Quò

diem

vate

rdet

ob-

, &

rem

ova-

II.

Dominica III. post Pentecosten.

tempus suppetit amplissimum! hodie ad conam invitati magnam, ut resicerentur splendide, & pretiose de mensa Domini, tempus desuit comparendi omne, quia clamabant: habe me excusatum. Sic ludunt filii hominum cum Deo & coelo. Verum hic lusus periculosus est. Deus enim non irridetur! fili! si ludimus, ludimur ipsi.

Instructio meritoria.

Non sic nos, ò fili! ad cœnam magnam, ad gaudia æterna nos accingamus, curiositatem in publico cavendò, & Rosarium Gloriosum ordinario adjungendò cum voto: dissolvi cupio, O esse cum Christo.

Dominica III. post Penteco-sten.

EXHORTATIUNCULA I.

Scit filius, quantum sit gaudium in coclo, & in corde Jesu super uno percatore poenitentiam agente. Augeamus hoc gaudium Christo, quia meruit de nobis. Augeamus declinantes à malo, & facientes bonum. Augeamus suc-

Dominica III. post Pentecosten.

currendo periclitantibus tot animabus, ídque per devotas preces, & suffragia ardentissima. Frater redimat fratrem.

Instructio meritoria.

Obdurati ad Dominum, vitámque serio detestentur præteritam, invocemus nos omnes Cœli incolas per Litanias de omnibus Sanctis. Et versus quatuor mundi plagas genussedentes signemus cum dicto! Fesu! sil David! miserere peccatorum! digna invocatio, per quam obtinebitur multorum conversio,

H

CHarissimi! rogat hodie S. Petrus, humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Abjiciamus igitur cogicationes excelsas, & in simplicitate cordis coram Deo, & homine ambulemus. Cum simplicibus est fermocinatio ejus.

Instructio meritoria.

Duodecim schedulas conscribamus, & cuilibet certum actum, seu opus humilitatis inseramus, & quem manè extraxerimus ex urnula, sideliter exequamur.

E Opra-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

iead

ren-

Do.

nne,

um,

0 &

eft,

udi-

nag.

nga-

ad.

CO-

n io

pec-

gea

eruit

ma.

fuc-

cur-

28 Dominica III. post Pentecosten.

O praxin animæ opportunissimam! porrò ad impetrandum donum virtutis adeò necessariæ (qualis est humilitas Christiana) sæpiùs percutiamus pectora nostra cum deprecante publicano dicentes: Domine! propitius esto mihi maximo peccatori. Recitetur & Psalmus: Domine! non est exaltatum commeum. Glorisicat Deum, qui se humiliat.

III.

Quàm sollicitus, quam laboriosus suit Christus, donec ovem inveniret deperditam! nonaginta novem reliquit, ut reduceret errantem. Et
quæ hæc errans ovicula, nisi anima nostra? & hanc unicam habemus, & tamen,
ne perdamus, vix unquam curamus seriò, & sollicitè vigilamus; dum interim
corpori damus, & permittimus omnia.
Verùm ô fili! Si non es pro temetip so sollicitus modo, quis erit pro te sollicitus in
suturo?

Instructio meritoria.

Æstimatio nobis deest pretiosæ animæ, ut acquiramus, quotidie, antequam quam eamus cubitum, flexis genibus examen nocturnum instituamus, confeientiam discutiamus, & an per diem plus corpori, quàm animæ datum, consideratè inspiciamus. Subjungatur Psalmus miserere expansis brachiis. Fili! vis praxin aliam? quoties inciderimus in peccatum (ô si contingeret nunquam!) statim intranos recolligamur, in terram procidamus, & cum filio prodigo ad cœlum clamemus: Pater! peccavi! ne intres cum servo in judicium tuum. Dein datâ, & oblatâ occasione promittamus confiteri. Latet vipera, ubi peccatum: Quis diu intùs toleret?

Dominica IV. post Pentecost.

EXHORTATIUNCULA I.

A D æterna! ad immortalia! fili mi! invitamur, dum monet Christus: Duc in altum. Tandem valedicendum sæculo, pravis desideriis, & cupiditatibus, si cupiamus soli adhærere Christo Domino! contemnenda hæc sunt transstoria, si ambiamus cœlestia. O igitur nobile donum! contemptum sæculi!

E 2

In-

n!

eist

cas

di-

ihi

fal-

cor

ni-

10-

in-

10-Ec

10-

en,

fe-

rim nia.

Tol-

s in

mi-

ate-

am

100 Dominica IV. post Pentecosten.

Instructio meritoria.

In hoc strenuè nostram exerceamus animam. Quod siet, si vel hodie ad discursus vanos, inutiles, aut minus Christianos clauserimus aures, aut inhonestiores, & exemplariores mutaverimus, aut nos penicus subtraxerimus. Venenum quis hauriet? interim pro impetranda erga vanitates solida nausea 34. Pater & Are in honorem totius etatis & plenitudinis Christi recitemus. Qui cum Christo, mortuus est saculo.

II.

Aborant Apostoli per totam nodem, & capiunt nihil. Non mirum: Intenebris navigabant. Quænox ista? ô fili! nostra peccata! laboremus, quantum possumus, quantum & volumus. Nisi peccata sugerimus graviora, frustra sunt omnia, frustra jejunia, frustra vigiliæ, & eleemosynæ! ô stultum laborem! & quoties sic laboravimus?

Instructio meritoria.

Si unquam, vel hodie deploremus ruinam bonorum operum, quam incurrimus quôlibet mortali peccatô; sed ut recurecuperemus denuò, graduales Psalmos pro opportunitate temporis recitemus coram Crucifixo, aut SS. Venerabili. Quid si & actum jungeret Sacri rigoris? qui castigat corpus, amicus est Dei. Corpori flagella! animæ beata gaudia.

III.

I Nverbo tuo laxabo rete, ait Petrus ad Jesum. Laxavit: Et ô prodigium! conclusit ingencem piscium multitudinem! ô sucrum obedientiæ, ac considentiæ Christianæ! prosectò plus mi sili! sucrabimur uno actu humilitatis, & simplicis obedientiæ, quàm si per integros menses, & annos in pænitentiis, in humiliationibus, & corporis castigationibus nos exerceremus ex propria voluntate. Quid punit in inferno Deus nisi voluntatem propriam? quid gaudet, & exultat in cœlo, nisi cæca, & humilis obedientia?

Instructio meritoria.
Sed hic labor, hic opus est! quis eò pertinget? en! medium! nunquam ex-

camus imposterum S. Confessionale, nisi petito, & obtento speciali actu Obe-

E 3 dien-

d

) "

13

Sa

10

1-

X

8,

1-

a

1-

m

us

r-

ut

1-

102 Dominica V. post Pentecosten.

dientiæ, quem & nobis ipsis determinemus, ut benedicat Pater spiritualis. Oremus & Ferià VI. ad pulsum Agoniæ Domini quàm devotissimè, nostramque insirmam voluntatem commendemus in vulnera morituri Jesu. Moritur ille, ut vivamus obedientiæ.

Dominica V. post Pentecosten. EXHORTATIUNCULA I.

Virtutem Pharisaicam hodiernum detestatur evangelium; genuinam verò, & verè Christianam, quæ habetur per humilitatem, & simplicitatem cordis intimam, commendat plurimum, Si Christiani sumus, boni simus in opere. Fili! nolimus solum videri; judicia hominum fallunt; non verò opera virtutum. Judicet nos Deus! quid homines ad nos?

Instructio meritoria.

Procul cum hypocrisi, & pietate ad speciem! ut possideamus virtutem solidam, Spiritum Sanctum cum septem donis hodie invocemus, & minus Ossicium de Eo recitemus. Et ut ambule-

Dominica V. post Pentecosten. 103

mus viam Domini eò serventiùs, & tutiùs, cubiculo oculum Dei aut calamô, aut penicillò pictum assigamus. Ubi Deus in corde, ibi nec hypocrisi, nec fraudibus locus. Apage ergò cum illo Machiavellico: Homo me videt. Principium sit sanctius nobis: Deus me videt.

II.

Fili! quid hodie nobis Christus Jesus! I tremenda verba, dum dicit: Nist abundaverit justitia vestra plus quam Pharisaorum &c. non intrabitis in regnum cælorum. Ecce! nec virtutes coram Deo securæ sunt; nam vana gloria, aut propria complacentia plerumque eas reddunt invisas Divinis oculis. Chare! scimus ergò, quid supremo persequamur odio? scimus & quid sugiamus continuò.

Infructio meritoria.

Ne tinea tam noxia nostra devoret sancta pietatis opera, quid agendum? meridie, & vespere nostram renovemus intentionem matutinam cum protestatione Davidica sæpiùs aut mentaliter,

E4 auc

3.

10

18

e,

n

1-

m

n.

e.

)-

U-

es

id

i-

m

i.

24

us

104 Dominica V. post Pentecosten.

aut vocaliter repetenda: non nobis, Domine! non nobis, sed Nomini tuo da gloriam. Vel: Te decet laus! tibi gloria Deo Patri & Filio cum Sancto Spiritu in secula seculorum. Amen. Quis ut Deus! Reddite Deo, quæ Dei sunt: Cæsari, quæ Cæsaris.

III.

Uis diligit Deum? qui colit, & diligit fratrem, ac proximum. Ca-- sarem offendimus, siin hujus statuam expuimus. Deum aggredimur,& contemnimus, quoties spernimus fratrem. O fili! quid agimus? non quos natura, & carnalitas, sed quos vult Lex Dei, & rectærationis, venerari, & amare oportet. Secus nobis fiet ut Ethnicis, & gentilibus, it brutis, & bestiis, quæ non amant, nisi quod placet sensualitati. Quales Christiani sumus nos? quales Jesu pro inimicis orantis, & morientis discipuli ? ô confusio, si nulla ampliùs inter Ethnicos, & Christianos distinaio!

Instructio meritoria.
Charitas excelsum Spiritus Sancti do-

Dominica VI. post Pentecosten. 105
num! ut mereamur, adnoctem quotidie 7. Pater & Ave in honorem septem
Verborum Morientis in Cruce Jesu persolvainus, & quidem pro omnibus, &
singulis, qui nos offenderunt, aut contristârunt. Nunquid redditur pro bo-

no malum? Apud impios. Christianus didicicin bono vincere malum.

Dominica VI. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

I Nanes hodie prohibet curas Christus
Dominus, & vanas sollicitudines
circà transitoria, dum mandat: Querite primum Regnum Dei; cetera adjicientur vobis. Extrà, quidquid querimus, aut affectamus, jam nostra infelicitas est. Et hanc quis appetet?

Instructio mericoria.

A sæculi nugis, & actibus ut liberemur, & liberè ad cœlestia, ac immortalia avolemus nostris desideris, frequenter hodie vel soli in cubiculo, aut devoti in templo studeamus esse, & pro impetrando perfecto sæculi contemptu in honorem totius Ætatis Christi 34. Pater

E 5

000

10-

ia

in

15 !

Ti,

di-

24

ta-

8

'a-

0\$

ex

ire

cis,

uæ

iti.

e-

Cis

ùs

n-

0-

n!

106 Dominica VI. post Pentecosten.

& Ave oremus. Ludere expedit cum mundo, ne ludamur ab eo.

II.

Fili! Alloquor vos hodie verbis & Richardi à S. Victore rogantis: O infelix anima! & misera! usquequo sollicita es, & turbaris erga plurima: porrò cum unum sit necessarium, tandem aliquando sige desiderium, dilige unum. O Unum! & hoc ò dilecte! quanto nobis est pretio? vix modico. Detestemur ignaviam! deploremus errorem. In uno omnia.

Instructio meritoria.

Pro omnibus, sive Religiosis, sive Laicis sæcularibus in negotiis mundanis ex officio detentis, ut seipsos non negligant in puncto salutis æternæ, hodiernam sacrificii auditionem cum SS, Rosario offeramus Deo. Præmium erit nostrum, fovisse pietatem.

III.

Riduo jam sustinent me, ait Christus de suo dilecto populo. Non murmuravit, non indignabatur, sed patienter Dei expectabat voluntatem? ideò &

Dominica VII. post Pentecosten. grande prodigium, quod hodie coràm cernere meruit, in multiplicatis panibus. O si nos Deo committeremus, nostrásque curas, in eum jactaremus, quàm pacifici, quàm hilares, & quieti ambularemus. Fili! murmur, ira, impatientia quid profuit? nihil, quin nocuit plurimum.

Instructio meritoria.

Preces mensales cum summa devotio. ne persolvamus, de cibis vilioribus libentiùs, & studiosiùs sumere assuescamus; pretiosioribus verò nos indignos reputemus. Post mensam visitemus Sanctissimum, & pro liberali conservatione, ac sustentatione nostrûm 15. Pater & Ave recitemus. Gratis cor Jesu, & Dei beneficia in templo stant nobis aperta. Cur petimus nihil?

Dominica VII. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

Remenda verba! non omnis, aic hodiernum Evangelium, qui dicit: Domine! Domine! intrabit in regnum calorum. O fili! factis opus est, E 6 non

m

S:

110

as

m

m.

0=

ur

In

al-

CX

lia

er-

sa-

0-

us

ll'a

n-

8

n-

108 Dominica VII. post Pentecosten.

non verbîs, non nudîs propositis, & merîs velleitatibûs ad hoc, ut simus hæredes Regni cœlorum. O quantum erravimus! dum sæpiùs pia proposita pro nostro beneplacito aut immutavimus, aut negleximus, ídque pro nostro majori commodo.

Instructio meritoria.

Falsi Christiani sunt, qui multa promittunt, & reddunt modicum. Ut pro tot neglectis piè conceptis propositis satisfaciamus, in proxima consessione nobis ipsis specialem devotionem, aut pænitentiam zelò sanctiori dictemus, & ad cam peragendam à Patre spirituali licentiam cum Benedictione humiliter petamus. Labi, & inconstantem esse, humanum est: Satisfacere, & compensare, sanctorum. Addamus & per septem dies quotidiè unum ex Psalmis pœnitentialibus.

II.

Fili! quale dat hodie monitum mibi, & ipsi Divinus Magister? sic ille ad discipulos: Attendite à falsis Prophetis. Vigilemus, ne & nos de falsis Prophephe-

phetis simus, simulando virtutem, fraternam pacem, & charitatem fingendo, in faciem proximum laudandô, & in absentia hujus eum traducendo, vilipendendo. Et quis ab hac hypocrisi, ab hac simulatione, & astutia securus? solus, qui in simplicitate, & humilitate cordis cum Deo, & proximo ambulat. Ut siat à nobis, pro anima propter simulationes luente inter slammas offeramus Vesperas ex Officio Defunctorum. Quam sancta hac pietas!

Instructio meritoria.

Christiani non est adulari, & alterum laudare in faciem: Et quid modernis temporibus communius? frequentius? fugiamus hoc turpe adulandi genus, & nec alios (dum audiunt præsentes) nec nos ipsos commendemus. Virtus tam propria, quàm aliena cupit celari. Solus Deus illius præmiator est. Ne incidamus in sortem politicorum, & falsorum adulatorum in honorem septem Verborum morientis Jesu recitemus expansis brachiis 7. Pater & Ave cum totidem osculis terræ, & filiali protestatione:

1C-

·e-

a-

ro

us,

12-

0-

ro

a-

0.

r.

8

li-

e-

U-

la.

m

n-

hi,

ad

100

0-

e-

110 Dominica VII. post Pentecosten.

Veritatem, & Justitiam dilexi, iniqui.

III.

Fullmina audimus: omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et necdum benè, & exemplariter vivere incipimus, aut statuimus? ubi timor Gehennæ? fili, aut quis poterit de nobis habitare cum igne devorante? quis habitabit ex nobis cum ardoribus sempiternis? timeamus, ne excidamur. En! securis jam ad radicem posita est! ad fructus igitur poenitentiæ!

Instructio meritoria.

Quæ autem sterilis arbor illa? anima meritis & virtutibûs vacua, & tota otiosa, ut nostram impleamus, nulla transeat dies sine actu virtuoso, & meritorio. Libellum itaque conficiamus nobis, cui ante somnum quotidie inseramus actum exercitum præsertim illius virtutis, qua indigemus maxime. Hic libellus quid loquetur in die mortis? audient, qui moriturientibus nobis quondam assistent; quia omnia quadam dulcedine, & consola

Dominica VIII. post Pentecosten. 111
solatione coelesti videbuntur repleta.
O praxin! ô exercitium agonizantibus
saluberrimum, uti & suavissimum!

Dominica VIII. post Pentecost.

EXHORTATIUNCULA I.

Issumatur hodie famulus, & inde incidit in disgratiam Domini sui. Ecce! quanta vis in lingua, modica carnis portiuncula! jam audio Bernardinum Senensem exclamantem: ,, O lingua ne, quam! tu charitatem extinguis: tu de, primis justos: magnificas impios: tu , fratricidia, parricidia, & cæteras cru, delitates virulenta impietate commit, tis. Fili! premamus labia, si loqui renuant sancta!

Instructio meritoria.

Plerumque judicantur, traducuntur, & examinantur dicta, ac facta aliorum: ad propria cæcutimus ùt talpæ. Fili! non sic ampliùs. Aliena approbemus illô charitatis principiô: quod tibi non vis sieri, alteri ne seceris. O tesseram & cordibus, & cubiculis affigendam! in satisfactionem omnis in loquendo no-stræ

7842-

74a

de-

um

lus,

fil!

um

bis

ius,

ra-

eni-

ma

10-

ms-

rio,

cui

um

juâ

uid

10-

nt;

011-

ila-

112 Dominica VIII. post Pentecosten.

stræ incuriæ recitemus speciale hodie Rosarium cum 35. osculis terræ in hono. rem Verbi Incarnati. O Verbum Dei! te laudent, te glorisicent discursus mei!

II.

Redde rationem villicationis tua.
Fili! est & ipse vocatus in domum
Patris Cœlestis, tanquam servus sidelis.
Dedit talenta, dedit & dona plurima.
Attendat, ut illîs sibi emat Dei gloriam, suam, & aliorum animam. Sic enim semper parati inveniemur, ut non tam severo Judici, quam Patrirespondeamus quondam clementissimo. Operemur bonum! mors pulsat!

Instructio meritoria.

Abusum villicationis, seu beneficiorum, ac talentorum ut compensemus,
animas in purgatorio specialiter nobis
habeamus commendatas, quarum si debita sacris exegerimus suffragiis, delebunt & illæ nostra. Eå enim mensura,
qua mensi suerimus, remetietur & nobis. Misereamur proin, & per 8. dies
Vesperas ex Officio Desunctorum quotidie

Dominica VIII. post Pentecosten. 113 tidie dicamus. Frater adjuvet fratrem! aut frater non est.

III.

Tam non poteris villicare. Cui loquitur Deus? Amice! vobis, & mihi.
Omnia profectò tempus habent. Veniet tempus, ubi ampliùs non poterimus operari. Agendum est modò,
quod egisse expedit æternum. Quis
jam perdere audebit tempora? quis indulgere facetiis, insulsis nugis, aut inconvenientibus levitatibus? absint hæc
à silio. Ad majora natus & vocatus est.
Audeat generosiora!

Instructio meritoria.

Qui sanctè, & beatè vivere intendit, sollicitudinem omnem impendat distributioni temporis diurnæ. Huic novam intentionem vel maximè sumptô in refectorio prandiô adeuntes Sanctissimum præsigere assuescamus. Non pro libitu invertamus Ordinem vitæ, imò sactæ sine rationabili causa mutationis, aut interruptionis pœnam à nobis exigamus in die S. Confessionis. Sic reviviscent amissa tempora.

Do-

die

no.

ei!

lei!

ua.

um

elis.

na.

m,

im

am

1118

luc

10-

US,

ois

le-

e-

râ.

0.

es

0-

lie

114 Dominica IX. post Pentecosten.

Dominica IX. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

H! fili mi! quid hoc? Jesus plorat.
Videt Jerusalem: Et slevit super illam. Adeò hujus civitatis ingratitudo, & inconstantia displicuit Dei Filio. Os intueatur & nostram! an non renovabitur dolor? & id quoties factum hactenus?

Instructio meritoria.

Abstergamus lacrymas, & in compensationem ingratitudinis nostræ coram Sanctissimo nos abscondamus, dictaque prostrato corpore de offensis humili culpà Litanias majores subjungamus. Humilitate, & oratione placabitur offensus, & contristatus amor.

II.

Eu! quam tremendas ex hodierno Evangelio percipimus minas! Venient dies in te, ait Christus ad Jerusalem: Circumdabunt te inimici vallo, O coangustabunt te undique. Fili! quando hac erunt? dum dies venerit mortis. O diem horrendam! & tamen vix memores

Dominica IX. post Pentecosten. 115
mores tui vivimus. Imò vivimus, quasi nunquam morituri. Væ imparatis!
justò Dei siet judiciò, ut, qui nos parare
cùm possemus, noluimus, non possimus,
cùm velimus.

Instructio meritoria.

Præveniamus hos terrores: Et quotidiè ante lectum stantes nostrum, nos ipsos interrogemus: Paratusne ad mortem? si non hodie, quando eris? elicitô dein doloris perfecti actu, factaque nostræ incuriæ deprecatione incumbamus lectulo, sub dulci cantico: Nunc dimittis servum tuum in pace. Qui quotidie mori paratus, non timebit à die novissimo. Pro tranquillà, & consolatorià mortis horà, prasertim pro alleviandis, vel omninò impediendis illis extremis angustiis spondeamus, nunquam omittere Litanias Lauretanas, quibus in fine tria Ave annectamus à B. V. S. Mechtildi commendata.

III.

Fili! Amamusne Christum? ergò & ecclesias, & templa veneremur.

Domus enim mea, ait hodie, domus orationis

oft.

rat.

per

do, Osi

vaha-

om-

CO-

148,

nsis

un.

aca-

rno

Vea

usa.

,000

ado

tis.

ne-

res

116 Dominica IX. post Pentecosten.

tionis est. Si orationis: O quanta ibi à nobis expectatur humilitas! modestial puritas! fervor & devotio! O si in his locis intueremur angelos, & sanctos colites! quæ tunc nostra foret confusio quantus nos vagabundos, negligentes, & immodestos invaderer sanctus horror!

Instructio meritoria.

Non patiamur, ut templum Domini fiat spelunca latronum, garrulitatum, & scandalorum. Zelemur Christi Prasentiam, aut garrientes monendo, aut strepitus, & varios impetus ex incuria fortè excitandos præveniendo, aut pro excitatis satisfaciendo per oscula terra Deleamus & nostras irreverentias, & flectences coram SS. Venerabili per octo dies antè cubitum expansîs brachiîs Pfalmum Miserere & De Profundis. Oremus autem pro illis animabus in purgatorio, quæ propter irreverentias in Ecclessis commissas acerrime cruciantus inter flammas. Hæ impetrabunt spiricum fervoris, & devocionis.

Dominica X. post Pentecosten.

Dominica X. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

D'us ascendunt ad templum orantes: Unus superbus Pharisaus;
alter humilis publicanus. Primus repellitur: Recipitur secundus. Fili! detestemur fastum, & superbiam Pharisai;
imitemur autem publicani humilitatem.
Superbis resistit Deus: Humilibus dat
gratiam. Peccavimus? bone! cum
publicano percutiamus pectus, & humiliemus in oculis Domini capita nostra!

Instructio mericoria.

Humilitatem virtutum Reginam, ut & sibi, & suis impetret, per septem dies quotidie unum ex Psalmis pœnitentialibus coram Crucifixo, vel Sanctissimo recitet: Quin ut cum publicano in omni simplicitate cordis coram Domino Deo in dies ambulet, ab hodierno die vim naturæ inserat, & sedere ad mensam discat erectò semper, & ab omni pariete vel sedili libero corpore sub tessera hodierni Evangelii: Domine! propitius esto mihi maximo peccatori. Pergamus

ta ibi

n his

s coe

afio!

es,&

ror

mini

1,&

Præ-

auc

uria

pro

erra.

, &

octo

Pal-

)re-

ga-

Ec.

itur

iri-

0-

in hoc exercitio, & magni crimus coran Domino. Hic humilitatem respicit, non commoditatem.

II.

Ounibus impiis periculosissimum propria considentia. Considunt enimin se tanquam justi, qui extremi interim sunt hostes Dei. O miseros! quos propria excæcat considentia! Fili! si justi sumus, in nosipsos considere non debe mus, nec bonum, quod possidemus, nobis adscribere condecet. Unde enim justi? unde boni? unde pii vel devoti none Dei gratia sumus id, quod sumus!

Infructio meritoria.

Tinea est propria complacentia, & in suas vires nimia confidentia. Confidit Lucifer, confidit & Adam cum mille aliis. Quò devenerunt? heu! legamus Scripturas, & exhorrescemus. Ad debel·landam hanc cruentam bestiam cuilibes operi in nostro cubiculo, vel cellà peragendo slexis genibûs tria Ave cum totidem Gloria Patri: Et collectam: Actiones nostras quasumus & c. præmit-

Dominica X. post Pentecosten.

mittamus, nósque mentaliter Omnipotentiæ, Sapientiæ, & Bonitati Divinæ affectuosè commendemus. Hîc quid difficultatis? non video. Fiat igitur, quod summopere placebit SSS. Trinitati. Quid habes, quod non accepisti?

III. associa

Charitas fraterna o quam pretiosum Dei munus! sed cur inter homines tam rarum? quia dantur multi, qui aspernantur cateros. Sunt verba hodierni Evangelii. Estne evidentior superbiæ nota contemptu, vilipensione nostri proximi? o fili! spernimus fratrem, jam sprevimus Jesum. Quod enimumi ex minimis meis fecistis, minifecistis. Tali illusori & contemptori quid expectandum in die Judicii? lata jam est sententia? Nescio vos.

Instructio meritoria.

Ad implantandam solidam, & radicalem nostrûm ipsorum vilipensionem, & æstimationem omnis proximi 12. actus propriæ excellentiæ, & complacentiæ contrarios exerceamus, & exercitos per manus R. Patris Spiritualis SSS. Trinitati

ram

Dicit,

, ac

um

m in

erim

pro-

julti

ebe

mus,

enim

otil

nus!

& in

fidit

aliis.

beliber

per-

to-

am!

mit-

120 Dominica XI. post Pentecosten.

rati offeramus. Porrò pro illis, quibus natura nostra videtur minus devota, aus favorabilis, opera totius diei hodierna immolemus Crucifixo. Et hoc est rapere violenter cœlum! si non volumus resistere natura corrupta, resister Deus Heu! & hoc qua violentia, ira, rigore, furore?

Dominica XI. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

I Iracula quis nescit Christi Jesu? has ne cui dicerent Apostoli, prace pit in hodierno Evangelio Dominus. O fili! si Dei Filius jactantiam sugit, & elationem: Quomodo nos affectemus! qui elatus est, sedet in cathedra pestilentia, éstque discipulus cadentis Luciseri. Et hunc nos sequi?

Instructio meritoria.

Superi avertant! elatum cor, ait S. Bern. expers est pietatis, & compunctionis. Contrahamus sanctam consuetudinem ad laudes humanas erubes endi, & ad alienas cordialiter gaudendi, eásque ampliandi. Laus propria sordet: Nec adu-

Dominica XI. post Pentecosten.

adulator hanc promovet. Non attendamus, ne virtus periclitetur. Ut in simplicitate cordis serviamus Deo, insurgente motu propriæ complacentiæ statim slectamus, & Psalmum 130. Domine! non est exaltatum cor meum Gc. recitemus addendo pro clausula frequentiùs nobiscum repetenda: Te decet Laus, tibigloria Gc.

II.

Docethodie Jesus benè audire, benè & loqui. Heu! quàm insirmi hie sumus! accedamus ad Christum, ut bonum tribuat auditum pro instinctibus. Spiritus Sancti, & linguam multæ prudentiæ pro cultu Dei, & charitate proximi.

Instructio meritoria.

Sanabimur, si multum loqui, & frequentius esse inter homines non amaverimus. Nemo securiùs loquitur, quàm qui libenter tacet, & tempore suo obmutescit. Discretam taciturnitatem, & charitatem fraternam in conversatione exhibendam ut impetremus à Jesu taciturno, nullius hodie interrumpamus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ibus

aut

ernæ

ape-

S re.

) eus

ore,

oft.

hæc

æce.

nus.

, &

nus!

len-

feri,

ES.

tio

ecu-

ndi,

que

Nec

du-

122 Dominica XI. post Pentecosten.

discursum, vel in alterius verba involemus, & antequam locum conversationis accedamus, coram Sanctissimo, Pater & Ave oremus. Sic socius erit Christus inter pericula.

III.

Surdum ad audiendos sermones statum indecentes: Mutum ad proferendos, O si hæc surditas esset in sensibus nostris! quam quietiores, quam tranquilliores viveremus in conscientiis nostris!

Instructio meritoria.

Detrahere, & detrahentem audire, utrumque damnabile est. Cautelam statuamus verbis nostris. Desectus proprios inspiciamus, & aliorum sacta nunquam judicemus, aut propalemus. Quod tibi sieri non vis, alteri ne seceris. Circumspectio ò quàm nobis necessaria! ut obtineamus, ad signum salutationis Angelicæ omni devotione, attentione, & humilitate oremus, tribus Ave interponendo petitiones sequentes: Jesus, qui opera

Dominica XII. post Pentecosten. 123
operanostra sanctificet. Jesus, qui verba nostra ad suum Divinum Beneplacitum disponat, ac dirigat. Jesus, qui omnes cogitationes sibi attrahat. Capiat
memoria Jesu devota!

Dominica XII. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

Homo quidam incidit in latrones. Infelix casus! expectat & nos. Jam latrones imminent vana gloria, propria complacentia, elatio, & superbia, que non rarò actus & thesauros deprædantur virtutis. Fili! non timebimus! sine Deo incedemus! sensibus & carai serviemus!

Instructio meritoria.

Qui thesaurum suum publice portat in via, deprædari desiderat. In Ecclesia oremus non cum sibilo, altis suspiriis, insulsis tunsionibûs cordis, sed in compunctione, & recollectione mentis. Sic nostra odiosa nemini erit devotio. Novies recitemus Canticum Magnificat, & ad præcipuas actiones repetamus Davidis tesseram: Non nobie Domine! non

F 2

200-

le.

0-

ric

to.

)e-

Te.

ım

08.

is!

res

re,

am

0-

10-

od

ir-

ut

n-

8

0-

que

era

124 Dominica XII. post Pentecosten.

nobis. Gloriam non dabimus alteri,
Deo & huic soli debetur.

II.

T nos languemus in fide cum hodierno Jerosolimitano! languemus in spe, & charitate. Ah! si Jesus sua nos inviseret gratia! oleum suæ charitatis vulneribus nostris affunderet, suósque in humeros susciperet, ut à morte liberet!

Instructio meritoria.

Suscipiet, si charitatem fraternam non amiserimus. Sunt inter hos miseri, & derelicti plurimi. Dispensemus eis verbum consolationis v. g. insirmos vistando, desolatos animando, consilia anxiis suggerendo, ad considentiam erga Deum, & B. V. Mariam instammando. Quòd non secerimus hucusque, satisfaciamus, & 15. Pater & Are in honorem 15. Mysteriorum SS. Rosarii persolvamus. Quid sine his Mysteriis?

III.

IN opere supererogatorio o quantum præcelluit Samaritanus hodiernus? fili! inspiciamus Evangelium, & mirabi-

Dominica XIII. post Pentecosten. 125
mur excessum amoris, & sancti laboris.
Cur nos vix non jam in Dei servitio dicimus: Sufficit. Communia duntaxat præstitimus: Majora expectat & meretur Deus. Majori labore acquiritur major merces. S. Thom. Aq.

Instructio meritoria.

Tepiditati nondum ad sanguinem usque restitimus. Hæc sanguisuga quomodo nostra non inficit merita? tollamus, & omnibus SS. exercitiis, Ecclesiæ Mysteriis, Sacrificiis & Rosariis, erectis manibûs, & libero corpore assistamus cum omni devotione, principalioribus præmittentes studiis hymnum: Veni Creator Spiritus! maledictus, qui opus Dei sacit negligenter!

Dominica XIII. post Pentecost.

EXHORTATIUNCULA I.

D'Ecem mundati sunt leprosi, & reddit unus, ac gloriam Dedit Domino Deo. Quanta ingratitudo mortalium! quoties & nostra jam mundata est anima sanguine Jesu! erimúsne & nos de numero ingratorum!

F 3

In-

ri,

0-

us

uâ

a.

S=

te

ac

8

erfi-

110

ga lo.

fa-

ol-

ım

is?

lue

126 Dominica XIII. post Pentecosten.

Instructio meritoria.

Absit! recolamus ergò hodie benesicia Dei præcipua, nimirum benesicium Creationis, Redemptionis, Conservationis, & Vocationis, & Psalmum: Benedic anima mea Domino, & omnia, qua intrà me sunt, Nomini sancto Ejus & Coram Sanctissimo Venerabili, aut Crucifixo quàm devotissimè recitemus, sapiùs per diem versus quatuor mundi plagas genustectentes, & desiderantes: Ubique laudetur! ubique adoretur! ubique ametur Trinus, & Unus Deus! Sanctus! Sanctus! Sanctus! Sanctus!

II.

Uis sine lepra? qui sine peccato.
Ubi autem ille? sili! súmne ego,
vel ipse? nónne peccavimus omnes in
Fratrem nostrum Christum Jesum!
Quid jam remedii, ut sanemur cum hodiernis leprosis? En! dat divinus Medicus:
Ite! ostendite vos sacerdotibus.

Instructio meritoria.

Et hoc ô quam opportunum consilium! toties deficimus: Et vulnera tegimus? toties infirmamur: Et ulcera occulDominica XIII. post Pentecosten. 127

occultamus? sicà lepra sanabimur nunquam. Singulis mensibûs cum R. Patre spirituali conferamus de statu animæ, & salutis. Certè immutabimur inde toti. Præparationi ad S. Confessionem imposterum semper præmittamus hymnum: Veni S. Spiritus! reple tuorum corda sidelium & c. Servemúsque silentium usque ad peractam S. Communionem rigidissimum. Hæc cura pro leprosis.

Quid retribuerunt? Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam. O quam citò evanescunt Dei benessicia in cordibus mortalium? & nos

inter eos fuimus! fili! doleamus, &

Instructio meritoria.

Dignè satisfaciamus ad Nomina SSS.

Trinitatis, ad Gloria Patri &c. ad Nomina Jesu, Mariæ, SS. P. Benedicti caput profundiùs inclinandò, in Ecclesia, in choro neminem aspiciendò, quieto corpore psallendò, omnem impetum, ac strepitum, aut errores in divino Officio committendos prævertendò, cavendò.

F 4

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

efi.

ım

10-

dic

21%

ge.

ru-

fæ.

ndi

es:

ebi.

an-

ato.

ego,

s in

m!

ho-

cus:

nsi-

te-

cera

cul-

128 Dominica XIV. post Pentecosten.

Inhonorem SSS. Trinitatis coronam B. V. M. eum omni devotione, & reverentia oremus, & in fine Te Deum Laudamus addamus. Te decet laus! te decet hymnus Potens Domine!

Dominica XIV. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

SIcest: Nemo potest duobus servire Dominis: Nemo carni simul, & Divino Spiritui. Fili! quis horum in nobis prævaluit hactenus? si passio; si corrupta natura: O quanta exin nobis indignitas! Seneca dixit: Nulla servitus turpior, quam voluntaria.

Instructio meritoria.

Ad libertatem filiorum Dei aspiremus. Obtinebimus, si appetitui concupiscibili quoad excessivas recreationes, & nimias hilaritates majorem vim intulerimus generosiores. Hodie mediam horam nobis subtrahamus de tempore recreationis, illámque lectioni spiritualis libri applicemus. Et hoc est gaudere in Domino, & recuperare deperdita tempora.

II.

Uid est vita hominis? respondet hodiernum Evangelium: Fænum agri, quod hodie est, & cras mittieur in clibanum. Et tamen tantus est amor vitæ, ut si vel à longè siat mortis mentio, vix non desperatur. O sili! hæc, quæ dicitur vita, nihil est, nisi mors quædam perpetua, & exilium à cœlesti selicitate, ad quam procreati, & nati sumus. Vitam amamus: Patriam non curamus: Quid hoc?

Instructio meritoria.

Sequamur Gentilis Senecæ monitum:

Meditare quotidie mortem, ait. Qui
hoc dicit, meditari libertatem jubet.

Qui mori didicit, servire dedidicit. Consilium opportunissimum! huic ne desimus, hodie aliquid per quadrantem de
morte legamus, coemeteriumque defunctorum cum Vesperis ex Ossicio eorum visitemus. Beati, qui libenter sunt,
& agunt cum sidelibus defunctis!

III.

A D quid tam inutiles curæ? semper de cibo, de potu, de vestitu, de sa-

8.

en-

da-

cet

It.

ire

8

in

fi

215

08=

C-

159

U-

m

re

a-

ce

ta

I.

130 Dominica XIV. post Pentecosten.

nitate corporis cogitamus, loquimur, aut ordinamus; interim vix animæ recordamur. Quænam in nobis pars præstantior? pro anima utique mortuus est Christus? & hanc tam turpiter, & viliter tractamus! quia siti, same perire sinimus. Meritò ingemiscit S. Xaverius: O anima! imago Dei! quis te satisæstimat? satis curat? pro te vitam, & sanguinem Deus ponere dignatus est, cujus nec stillam pro toto extrà te mundo posuisser. Fili! ubi curæ nostræ, si non pro salute?

Instructio meritoria.

Corpori debentur paleæ; animæcælestes deliciæ. Concedamus, & hodie post quamlibet resectionem, aut etiam recreationem Sanctissimum Altaris Sacramentum visitemus, & spirituali communione sanctè consolemur jugitet suspirantes ad Eucharisticum Deum: Quemadmodum cervus desiderat ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus!

Do-

Dominica XV. post Pentecosten. 131
Dominica XV. post Pentecost.

EXHORTATIUNCULA I.

Quàm inscrutabilia sunt Dei judicia! defunctus hodie effertur, & hic unicus silius Matris suæ. Mors parcit nemini. Rapit æquè rosas & slores, quàm soenum sterile & aridum. Fili! ne noceat animæ, nostra sit cura unica. Verum animam mors nen perdit, sed malavita, abe unt que felices, quorum sine crimine vita est. Cato.

Instructio meritoria.

Quæ autem sine crimine vita? si frequentiori confessione emundata; si quotidiano examine nocturno ritè per-lustrata, & in amore ergà Deum, ac horrore ergà omne peccatum de novo obfirmata ita siat! consilium est: non respuamus. Hinc extraordinariam confessionem instituamus cum certis operibus supererogatoriis. Communis vita sinon ferveat, displicet Deo.

II.

Sumus & nos ex discipulis Christi. Ita nostra sunt vota. At si Christum F 6 non

aut

or.

est

iter

ni-

us:

fti-

an-

ijus

-00

OIL

OC d

die

am Sa-

ıali

cet

n:

ad

na

00

132 Dominica XV. post Pentecosten.

non sequamur ubique, uti factum in hodierno Evangelio à primis Apostolis, indigni sumus hoc nomine. Non audienda ergò corrupta voluntas. Abneganda est. Præcedit Jesu imitatio, & sequela. Servus sit major Domino? obstupescite cœli super hoc!

Instructio meritoria.

Sed quomodo abnegabimus nos, & nostra omnia? desideris veniendi post Christum ardentissimis: Oblivione propriæ commoditatis: Contemptu temporalium, & amore cœlestium. Recitemus igitur Psalmum: Eructavit cor meum Verbum Bonum: Dico ego opera mea Regi. Quid triste nobis accidat, si adhæreamus duci, & Magistro nostro? gaudia omnia, quæ insrà Jesum sunt, vel mendacia sunt, quæ decipiunt, vel inania, quæ non satiant.

III.

Iseretur Christus plorantis mulierculæ, & filium reddit matri suæ. Est fortè & inter nos, qui nostra charitate, & misericordia indiget? fili! aperiamus manum, expandamus sinum, de-

mus

Dominica XVI. post Pentecosten. 133
mus consolationis, patientiæ, & mansuetudinis verbum. Hæc lex evangelica.
Quâ mensurâ mensi fuerimus, remetietur nobis.

Instructio mericoria.

Reflexè attendamus, ut hodie neminem (præcipuè nullum ex superioribus, vel confratribus) offendamus, sed ubique debitam in eos charitatem, & reverentiam promoveamus, verba offensiva, acuminosa, & pungitiva impediamus, & omnium paci, ac tranquillitati studeamus. Quapropter coram Sanctissoffensis genibûs Litanias de omnibus Sanctis offeramus pro stabilienda in cordibus nostris perpetua charitate, mandante Christo Jesu: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

Dominica XVI. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

Fili! consideret, obsecto, quomodo invidi Pharisai omnia Christi observent vestigia, utinvenirent materiam,

F 7 eur

0-

11-

nda

la.

ce

1-

10

790

t,

134 Dominica XVI. post Pentecosten.

eundem arguendi de peccato. Sed frustrà. Firmior inde stetit Christi Innocentia; ipsi verò suò miseri tabuerunt
livore. Plerumque invidia interficit seipsam. O igitur malum virulentum!
sugiamus: Est enim (teste S. Basilio)
diaboli inventum.

Instructio meritoria.

Charitas vetat, ait Didacus stella, ne quid mali proximis suspicemur. Deliquimus in hoc sæpè mi fili! satisfaciamus, & vel hodie in discursu, conversatione de proximo semper bona, utilia, & consolatoria loquamur, & proferamus. Et si non possumus, prorsus taceamus. Ut Deus invidias, & judicia impediat temeraria, recitemus Psalmum: Benedicam Dominum in omni tempore Ga. cum S. Augustini desiderio: Rector meus! tolle invidiam, & da tuam Charitatem.

II.

Fili dilectissime! quale audio præceptum ex hodierno Evangelio? Da huic locum: Lego in eo. Sed cui? soli & unico Deo. Huic omnis debetur hoDominica XVI. post Pentecosten. 135 nor, & gloria. Proculigitur cum fastu, & arrogantia! ab hac initium sumpsit omnis perdicio.

Instructio meritoria.

Altæ in nobis assurgunt cogitationes? de officiis! de honorum titulis, de multis, ac magnis studiis ac scientiis etiam infutura meditamur tempora? heu!non demus his locum : Sed Deo, & religio+ sæindifferentiæ, ore & corde nobiscum illud Christi repetentes: Non veni facere voluntatem meam, sed ejus, qui misit me. Et ut vincamus eò celeriùs, speciale propositum circà hoc superbiæ genus examini particulari, & generali inseramus; certò expugnabimus. In adorationem morientis ex humilitate Jesu expansîs brachiîs recitemus 34. Pater & Ave. In humilitate Dei Unigenitus cæpit, continuavit, consummavit. Quid Superbis terra, & cinis!

Est & aliud Christi consilium pro conservanda charitate, & Christiana humilitate. Dicit enim: Non discumbas in primo loco. Honorare omnes

U-

0-

nt

e-

n!

0)

ne

li-

ia-

la-

&

us.

us.

te-

di-

rc.

10

120

ce-

24

oli

101

136 Dominica XVII. post Pentecosten.

neshomines, semper pium, justum, & sanctum: Velle seipsum: semper periculosum, quia superbum. Fili! volumus amari? amemus. Honorari? honoremus. Honor honorem provocat.

Instructio meritoria.

Sed quomodo exhibendus honor? politici honorant pedibûs: nos capite, & humili corde. Nec simus acceptores personarum. Quotquot, & quales nos transeunt, salutemus, & salutandô veneremur. Si obviaverint inimici, vel nobis minus devoti, aut accepti, duplicemus, ut duplô major sit victoria. Virtuti tribuamus locum, non passioni. Dicamus Psalmum: Domine! quid multiplicati sunt, qui tribulant me: multi insurgunt adversumme & c. & pro omnibus adversariis addamus Officium minus de quinque Vulneribus Jesu. Ab his discamus diligere inimicos.

Dominica XVII. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

Fili? quid turpius humanâ astutiâ? en! hodie omnes Pharisai Christum

Sic sonat aliud in ore, & aliud latet in corde. Nos veritatem amplectamur: & delectabimur in Domino, dabítque petitiones cordis nostri. Perdet enim Deus omnes, qui loquuntur mendacium.

Instructio meritoria.

Ut liberemur ab hac miseria, per aliquot consessiones nos specialiter accusemus circà ea, quæ vel charitatem, vel simplicitatem, aut veritatem in nobis minimè commendabant. In satisfactionem quoque eorum omnium dictorum, aut sactorum per septem continuos dies quotidiè unum Psalmum ex pœnitentialibus oremus cum 12.0sculis terræ. Magna est veritas, & prævalet. 3. Esdr. 4.

Invitamur ad amandum: Diliges Dominum Deum tuum. Pudeat nos minus amare Deum, quam canes Dominos suos! Canis utut objurgetur, aut lapidetur ab hero, amat tamen, non potest repelli; sed magis accedit, sequitur

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

&

eri-

nus

rea

or!

e,&

res

108

ne-

10-

ce-

uti

Ca.

rli-

44-

ous

de

ca-

st.

ià?

ri-

ımı

138 Dominica XVII. post Pentecosten.

tur illum, & caudâ blanditur. O fili! lædit, & flagellat nos adversitate Deus; quia meruimus. O quomodo non refugimus! lamentamur statuentes in corde: Non serviam. Et hoc in amando non sit vinci à canibus? Amor! serò novimus te!

Instructio meritoria.

Amorem probat patientia. Quidquid submiserit hodie Deus, tacito patiamur corde, & ad noctem pro tanto dilectionis signo Te Deum Laudamus intonemus. Domine! hic patientiam, poste indulgentiam! S. Laur. Justin. Faciamus & urnulam, in quam sortium locò injiciamus exercitos patientiæ, & sortitudinis actus. Quis tollet niss Deus!

III.

Bls dat, qui citò amat. Nil, quod nimis grave, præcepit Deus. Fili! citò reddamus. Rem deplorandam! præcipit gravissima mundus: Et suscipiuntur, petit Deus solam præceptorum observantiam (& hâc quid facilius?) petit sui amorem, & reverentiam, (quid dul-

Dominica XVIII. post Pentecost. 139

dulcius?) & non impetrat. Quanta injusticia! ingratitudo quanta! Instructio meritoria.

Hæc scimus? hæc audimus? hæc experimur? cur patimur? amans pro amante vigilat, & nos pro Dei honore. Itaque pro compensatione neglecti, & contempti Dei tam boni ter veniamus ad Sanctissimum Altaris Sacramentum, culpas ibi deprecemur etiam aliorum, & in satisfactionem expansis brachiis S. Rosarium addamus ordinario, ad quodlibet Pater ingemiscentes: Amor! & tu non amaris?

Dominica XVIII. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

Quid attentat hodie Gerasenorum studicitia? rogant Christum, ut transiret à sinibus eorum. Nescivit hic ingratus populus, nec agnovit Dominum suum; ideò oblitus est Creatoris sui. Dilecte fili! erubescat ad hæc genuinus animus! transeant à nobis vana, & stolida mundi desideria, ut teneamus, quæ

li!

18;

re-

-10

do

10.

aid

iur

ic-

tea

lus

111-

u-

יוו

li!

n!

ci-

ım

e-

iid

ul-

140 Dominica XVIII. post Pentecost.

quæ Christi Jesu sunt, & perpetua. Hu ergo spes! si cupimus: Beati sumus. S. Xav. Instructio meritoria.

Quô vitiô plerumque cor clauditur Christo? intemperantià, & superfluitate in cibo, potu, & somnô. Est, ut dicimus, nobis Christus superomnia. Si ita: Ergò & nostra impendamus studia ut vel hoc mense quoad temperantiam, & sobrietatem insignia exhibeamus opera, & aliis exempla demus illustrissima Specialiter Feriam IV. VI. & Sabbathum abstinentis sanctificemus. Sunt dies Redemptionis nostræ! recordemur!

11.

Christum, & glorificant eum. Qua causa? viderunt enim prodigia. Sed ò debilem fidem! veniet tempus, & clamabunt: Crucifige! Crucifige! ita habet stylus sæculi. Dum nos felices, honorat; dum inter adversa, refugit, & nauseat. Dilecte! vide, cui sidas. Quicquid dicit, promittit, & consulit mundus, falsum, & dolosum est. Didacus stella.

Dominica XVIII. post Pentecost. 141

Instructio meritoria.

Hu

Cav.

itur

ita-

: di-

dia,

am,

pe-

ma.

um

dies

que

uæ

ôk

la-

12-

10-

&

elc-

111-

cus

In-

Protentatis, captivis, & derelictis vifitemus Deum Eucharisticum in Ecclefia, útque mittat desursum lumen Divinæ consolationis, & eorum corda roboret donô Christianæ patientiæ Rosarium offeramus de 5. Mysteriis Dolorosis, Hicstylus Christianæ pietatis est.

HI

Fili! nos tangit hodiernum Evangelium, dum quarit? Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Scimus, quam noxia, quam inutilia, quam & indecentia sint, qua nostris occurrunt sensibus, & cogitationibus. Interrogabimur ideò & in tremendo judicio: Quare cogitasti hanc rem? 2. Reg. 14. & quid respondebimus? haud poterimus prætimore, & tremore. Nam abominatio sunt Domino Deo cogitationes mala. Prov. 15.

Instructio meritoria.

Cogitationes pravas sentire equidem peccatum non est; sed in has consentire. Impugnamur ab his graviùs, & instantiùs? statim slectamus, & cogitationes pessi-

142 Dominica XIX. post Pentecost.

pessimas in corde Jesu, & Mariæ abscondamus subjungendo quinque Pater & Ave. Si autem Officium de Eorum corde ad manus, devotè persolvamus Inde nobis omne lac, & mel. Guste mus! probatum est.

Dominica XIX. post Pente costen.

EXHORTATIUNCULA I.

Uxritur de veste nuptiali? sine has non admittemur ad nuptias. Industrus, si à benè cœptis nunquam de sistamus. Inveniet sponsum, qui non amittit vitæ sanctæ propositum. Oquid nobis S. Chrysostomus: Si à cæpto bona vita cursu defecerimus, totum perdidimus, totum corrupimus. Hæc verd perditio ad quid?

Infructio meritoria.

Sunt autem plerumque hominum dicta, aut adversa, quæ nostra immutant proposita. Ah! verbum! heu! adversitatis umbra poterit talia in Dei samulum? quodcunque horum contigerit hodie nobis, per manus omnium SS.

Mar-

Dominica XIX. post Pentecost. 143

Martyrum deponamus in dulcissimo Corde Jesu eum suspirio: Domine! vim patior! responde pro me, ut augeat patiendi desiderium, addamus Psalmum: In Convertendo, Dominus Captivitatem &c. statuentes cum Jobo: Justisicationem meam, quam cæpi, non deseram.

Fili! unde hæc nobis gratia, quòd rarò acerbos in nobis experiamur, & sentiamus iracundiæ, invidiæ motus? hæc unde? En! respondet D. Bernardus: Gratias agat Corpori, & Sanguini Christi; quoniam virtus sacramenti operatur in ipso. Cum gaudio itaque frequentemus mensam Angelicam. Quò frequentiùs, eò fructuosiùs. Invitat Augustinus: Accedite cum side, tremore, & dilectione.

Instructio meritoria.

Omnibus diebus Dominicis communicandum suadeo, & exhortor, inquit præfatus Ecclesiæ Doctor. Fili! ego autem vos exstimulo, & rogo: Omnibus diebus certo spiritualiter communicet; quia Christus ad vos: Ecce ego vobiscum sum

con-

r do

rum

nus,

iste.

ite.

has

In-

de-

non

luid

600

rdi-

erò

di-

ant

er.

nu-

erit

SS,

ar-

144 Dominica XIX. post Pentecost.

fum omnibus diebus usque ad consummationem seculi: O si vel ad refectionis horam Illius recordaremur! quam sanchiùs nos reficeremus! incipiamus ho. die! filio, & famulo Dei non est crastinum. Dicamus Litanias de SS. Altani Sacramento.

III.

Ulti ad epulas invitati: Sed paud electi. Quis est in culpa? an Deus, qui non dedit omnibus gratiam, ut venirent. Credidit id impius Calvinus. Non ita nos, ô fili! sola voluntas propria exclusit à nuptiis. Sic S. Textus: Nolebant venire. O nolle! ô pauci electi!

Instructio meritoria.

Vocanti Deo non cooperari, gratiam vocationis despicere est. Ne veniamus in sortem infelicium, paucos, sed egregios in vita spirituali operarios sequamus, & de una confessione in aliam nobis certa proponamus pietatis opera, cum præscitu, & licentia R. Patris Spiritualis sideliter exequenda. Pro beneficio autem mirabilis Vocationis Divinæ persol-

Dominica XX. post Pentecost.

vamus Eucharisticum Psalmum: Benedic anima Domino, & omnia, qua intra
me sunt, Nomini sancto ejus. Gratiarum actio est novarum provocatio.
Amat sæculum gratos: Quid ergò Deus?

Dominica XX. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

O Fili! quid hoc? tot homines moriuntur quotidie: Et nos adhuc
vivimus hilares, & integri? an non cum
Jeremia exclamemus: Misericordiae
Domini! quia non sumus consumpti. Ubi
corpus? ubi anima, si Dominus non adjuvisset nos? gaudet Deus esse beneficus.
Expectat, qui accipiant. Promptior ipse
largiri, quàm nos accipere.

Instructio meritoria.

Cur beneficium conservationis quotidianæ perpendimus tam modicè? tandem ô fili! tandem ô dilecte! compen semus, tam in examine parciculari, quàm generali illud in specie rememorandô, & in perpetuam Conservatoris venerationem manè, ac nocte Te Deum Laudamus orandô. Respondeamus & Serdamus orandô. Respondeamus & Serdamus orandô.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

na-

nis

ho.

fti-

aris

uci

an

um, lvi-

m.

ex.

all-

am

nus

re-

ur,

er-

ræ•

fi-

au-

ol-

nus

146 Dominica XX, post Pentecost.

vatori Optimo vità prorsus exemplari, & virtuosà: Qui enim de sua spe, & operatione securus est, confestim aperit pulsanti, & cum tempus propinque mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit.

II.

S. Bernardus, qui cupiunt possidere regnum cœlorum, aliqui violentà rapiunt sui abnegatione: Alii eleemosynis mercantur. Hi occultando operabona furantur: Illi ad hoc compelluntur immissione variarum assistionum, amultarum ærumnarum. Charissimelex quorum numero sumus nos? si ex omnium: Gaudeamus in Domino, a observemus, quod S. Augustinus: Ora, ut traharis.

Instructio meritoria.

Itaest! trahat nos Deus, ut toti vivamus ad hujus nutum, & Beneplacitum. Renovemus igitur S. Professionem, & hujus renovatione nostram animam cum omnibus potentiis, & viribus SSS. Trinitati de novo consecremus in fine sub-

Dominica XX. post Pentecost. 147

subjungatur Canticum: Magnisicat cum S. Bernardi desiderio: Deus! pro his omnibus, quod rependam, non habeo, nisi tantum, ut diligam.

Ncrepamur jam iterum à Christo dicente: Nisisiona, & prodigia videritis, non creditis. Misera sides! quæ
sensibus regitur. Palpari non vult Deus,
sed in simplicitate cordis, & vivacitate
spiritus adorari. Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Terreat nos incredulitas Thomæ; trahant verò evangelia Ecclesiæ!

Instructio meritoria.

Optima oratio, quæ procedit compuncto corde. Non ore, sed mente veniamus ad Dominum, præsertim, dum hora Sacramentalis Communionis, & Adorationis SS. Venerabilis. Ad Fidei nostræ probationem, quoties intendimus in ecclesia precibus, id erectis manibûs, & clausis oculis siat. Per hos intrat spiritus, non per manus, aut sensus vagabundos, atque dissolutos. Subjungantur denique Litania de SS. Altaris

an

tis la-

e.

a.

era

Ila.

m,

e!

ran

Va-

m.

8

am

SS.

ne

ib.

148 Dominica XXI. post Pentecost.
ris Sacramento, aut de Suavissimo Nomine Jesu.

Dominica XXI. post Pentecost. EXHORTATIUNCULA I.

Rascitur hodie Dominus non samulo, sed hujus iniquitati, non passione odii, sed amore justitiæ, non turbatione mentis, sed sortitudine spiritûs. Hæs ira justa, & sancta est. Quæ verò nosstra? an non quotidiana? sed & iræ hodierni Domini in evangelio simillima? sili! omnis amaritudo, & ira & indignatio tollatur à pobis. Est mea cum Paulo ad Ephesios admonitio.

Instructio meritoria.

Irasci hominis est, ait Hier. sed iram non persicere, Christiani. Ergò dum motus vehementior insurgit ad iram, intrà nos recollecti, à nobis ipsis sine mora interrogemus: Cur irascendum: qui bus irascendum? quomodo irascendum! quando irascendum? quousque irascendum? sic rarò, vel nunquam succumbemus. Ne impotens hæc in nobis prævaleat passio, Feriam VI. jejuniò, & sientiò

Dominica XXI. post Pentecost. 149

lentiô veneremur, oraturi in honorem
septem Verborum mansuetissimi in
Cruce morientis Jesu 14. Pater & Ave.
Ira nulli medetur malo, nullum extenuat,
omne augmentat.

II.

Orudelem famulum! consequitur misericordiam à Domino: & suo consamulo negaverat omnem. Fili! sumus nos veri Christiani? en! litteram characteristicam, fraternam misericordiam. Ideò S. Eusebius Cæsar. Qui misericordia caret, Christianus non est. Judicium sine misericordia, qui non secit misericordiam. S. Jac. 2. 13.

Si clauseris viscera misericordia (affirmat S. August.) indigenti, omnino & tibi claudetur janua Christi. Sic nostrum propositum, omni justa petenti hodie statim annuere in omni charitate & mansuetudine. Fortè non est, quod demus in eleemosynam? sunt tamen bona verba, & pia in templis suffragia, quæ hodie offerantur cum reslexione ad omnes Christi pauperes, & indigos. In fine G3

0.

10,

ne

ne

æc

10-

10-

na!

10-

ulo

am

10=

trà

ora

111-

m?

en-

be-

ræ.

fi-

atiô

addamus Pfalmum: Ad te levavi oculos meos &c. Fratres sumus Jesu? & charitatem nesciamus?

III.

Quid sibi hodierna Evangelii verba: Sic & Pater meus cœlestis faciet robis. Profectò pœnam innuit Talionis. Libenter remittamus offensas; aliàs nec Deus remittet nostras. Iram nunquam perficiamus; aliàs & Deus acuet suam. Malum pro malo non reddamus; aliàs reddet & Deus. Quàm tremendum, incidere in manus Domini!

Instructio meritoria.

Ergo & quod nobis non volumus fieri à Deo, nec alteri faciamus: Et quod cupimus fieri nobis, præstemus & alteri. Volumus honorari, æstimari, ab omnibus amari; honoremus & alios præsertim illos, quos vel ut discolos, vel ut minus morigeros, vel ut indoctos, & talentis naturæ vacuos ore contempsimus, & mente vilipendimus. Sex actus speciales exerceamus hodie, quibus charitatem non sictam, sed verè Christianam probemus

Dominica XXII. post Pentecost. 151 bemus orantes pro invicem Officium Maria majus. Charitate discernuntur Mariæ filii, & clientes.

Dominica XXII. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

Hi! propriâ se hodie Christo, & populo prodidere nequicià astuti Pharisai. Ea enim est peccati proprietas (ait Didacus de Cast.) ut seipsum prodat, tacentibus omnibus, & loquente nemine. Et non fugiemus confusionem tantam, cujus causa sibi omnis peccans? Malo mori, quam fædari, & ita prostitui. Ignominia omnis in peccato!

Instructio meritoria.

Cupimus metere honorem? ergò virtutem seminemus. Quod fiet per accuratam sacrorum Exercitiorum observantiam, & expeditionem distributionis temporis fidelissimam. Ne verò propria nos confundat conscientia, oremus Psal. In te Domine speravi &c. nihil pretiossus tempore! & heu! nihil hodie G 4

los

ri-

a:

let

10-

38;

am

eus

ed.

àm

00

ieri

por

eri.

mi-

ser-

mi

en-

, &

cia-

rem

PO10

mus

152 Dominica XXII. post Pentecost.
hodie vilius reputatur! transeunt dies salutis, & nemo recogitat!

II.

Ingrata gens Judæorum! iterum consilium ineunt, ut caperent Jesum in sermone. Ne capiamur & nos in verbo, os nostrum à malo, & pravo custodiamus eloquio, & caveamus ab omni multiloquio. In hoc quis essugiet peccatum! Verè Salomon: Qui cus solito os suum, custodit animam suam. Qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Quis nos liberabit! prudentia, & circumspectio.

Instructio meritoria.

Involare in verba aliorum, & discursus interrumpere, nimiæ garrulitatis, & effusionis est. Qui moribus studet, potiùs audit, quàm loquitur. Subtrahamus hodiernæ recreationi unum, vel alterum quadrantem, & quem fortè dedissemus garrulitati, impendamus vel orationi in templo; vel occupationi piæ in cubiculo. Deploremus deperdita vanitatibus tempora, & SSS. Trinitati offeramus

Officium minus cum 30. Pater & Ave. Gaudium ut sit plenum, in Deo, & temporis usu quæramus.

III.

A D imaginem Dei factus est homo. A sed o fili! jam interrogamur: cujus est nostra? Repræsentemus (monet D. Bernardus) innobis imaginem Christi in appetitu pacis, in intuitu veritatis. O in amore charitatis. Adhortatur & S. Ambros. Honorem Divinæ Similitudinis, ad cujus formam creatus es, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere, contende. Sequamur monita. Sancti dederunt.

Instructio meritoria.

O pudor! exclamat S. Bernardus:
De vase stercorum semper curas, de imagine Dei non curas. Imaginem seu vitam nostram ut sollicitè curemus, temperantiæ, modestiæ, & taciturnitati insigniter studeamus, earúmque exercitio totum hunc mensem tribuamus quotidie orantes: Te ergo que sumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine remulis subveni, quos pretioso sanguine redemi-

dies

um

ent

nos

avo

ab

fu-

cu-

am.

len-

sic!

cur-

, &

po-

nus

um

nus

niin

ıbi-

ati-

nus

Offi-

154 Dominica XXIII. post Pentecost.

demisti. Addamus Rosarium doloro: sum, memores illius Xaveriani proverbii: Quid te abjicis ad insima, qui natus es ad summa?

Dominica XXIII. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

Videt in platea publica hodie Princeps Evangelicus Christum. Et ecce! citò accessit, & prostratus in terram adoravit. Si hæc in platea, quæsieri oportet in ecclesia? S. Antoninus nos instruit dicens: Ad ecclesiam sit humilis, & devotus accessus, nec ibi siant parlamenta, nec judicia, vel vaniloquia, sed auditio, & meditatio attenta divinorum. Ubi plerumque cor nostrum in templo? sortè ingemiscimus: Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum!

Instructio meritoria.

Quam graviter increpat S. Chrysostomus, quos in templo cernit irreveren-

Tantus est risus, exclamat, tanta turbatio, sicut in balneis, sicut inforo; alios video stare, & nugare, dum preces funt. O audaciam! quando erit salus? quomodo placabimus Deum? nescis, quod cum Angelis stes? O cum bymnos dicis, & stas ridens. Etenim non effet mirum, si fulmen dimitteretur non solum in illos, sed & in nos; fulmina enim hac digna sunt? Fili! qualis lectio illa? recordemur sæpiùs, & cum majori timore, & reverentià flectamus in Ecclesia. Officium minus de SS. Alcaris Sacramento persolvatur. Deus adest! apage cum cæteris aut sensuum, aut cogitationum infaniis!

II.

Gaudium! revixit per Christum filia, quæ mortua fuit. O fili! hujus filiæresuscitatio est anima peccatricis justificatio, teste S. Bonaventura. Filia tua est propria anima, defuncta per culpam, cui manus Christi imponitur per gratiam. Misereamur animæ! hac perdita, perdidimus omnia. Animæ invigilat

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

102

rer-

na-

te-

rin-

E

ter-

fie-

nos

miant

uia,

ino-

1 in

ica-

ices

to-

en-

ces.

gilat Deus: Invigilant inferi: Quid homo?

Instructio meritoria.

Sic est. Omnes peccatores Christus resuscitat, si cessent à peccato, & ex toto corde pæniteant. Euseb. Emiss. Poenitentiæ igitur sacramentali addamus & aliam, quam vocamus, supererogatoriam, cum licentia tamen R. Patris spiritualis peragendam. Quò plus dabitur, eò plus accipietur. Dileximus multum! peccata remittentur plurima. In satisfactionem totius vitæ nostræ recitemus Psalmos pænitentiales. Hoc lytrum, quò ingratitudinis humanæ expunguntur debita.

III.

Itò movetur Divinus medicus ad resuscitandam puellam, nec multis indigebat cæremoniis. Tenuit manum ejus, & surrexit puella. Longè major mora in resuscitatione Lazari. Non mirum: Nam quadriduanus veteranum nobis significat peccatorem, cujus resuscitatio propter procrastinationem est dissi-

Dominica XXIV. post Pentecost. 157

difficillima. Aut non peccare! aut citò ponitere! dilata poenitentia rarò vera.

Instructio meritoria.

Infirmamur? fili! citò ad Medicum.
Cadimus? sine mora ad sublevantem
nos! porriget labentibus potentem dexteram, si frequentem adhibeamus confessionem. Huic assuescamus, & ab ea
absterrentem diabolum non audiamus,
Ubi, & quando contigit malum, ait S.
Aug. ibi iterum moriatur malum. Pœnitentes ut verè nos probemus, Litanias
oremus de omnibus Sanctis. Præiverunt! sequamur.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

O Fili! tremenda sunt omnia, quæ in hodierno leguntur Evangelio. Dies tremenda! dies illa, dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna, & amara valdè instat, jam citat, & vocat. Va mihi (suspirat S. Martyr Cyprianus)

G 7 cum

id

us

to

&

0-

i-

ır,

S-

US 1Ô

13

m

10

In

158 Dominica XXIV. post Pentecost.
cum veniam ad judicium? dilecte! quid
nos?

Instructio meritoria.

Ne incidamus in manus irati & offensi Judicis, censores, & judices simus nostrum, & nunquam cubitum & lectum petamus, nisi deposito nocturno anima testamento, quod inveniendum in devotis, & obviis Libellis precatoriis. Hodie renovemus formulam Votivam cum Litaniis Lauretanis. Teneamus Mariam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis: Potens est enim. S. Betnardus.

II.

Ruditè ex hodierno concludit Evangelio S. Augustinus dicens:
Inquo quemque statu invenerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi novissimus dies; quoniam
qualis in die isto quisque moritur, talis
in die illo judicabitur. Ut boni inveniamur, semper mortem habcamus
ante oculos. Cui mors non familiaris,
sibi inimicus est.

Dominica XXIV. post Pentecost. 159
Instructio meritoria.

Sed quomodo familiares erimus? visitemus frequenter cæmeteria, & pro
omnibus defunctis devotè oremus Psalmos Miserere & De Profundis. Sistamus nos quoque ad noctem coram
Crucifixo quasi morituros quotidie. Repetamus sæpiùs morientis Jesu ultima
verba. Non moritur, qui vivit sibi semper mortuus.

III.

Tunc plangent. O tunc! ô plangent amarum! Fili! ut non habeamus, quod tunc plangamus, præterita peccata deploremus cum lacrymis; futura verò caveamus intendendo operibus bonis. Doluisse de præteritis, & timuisse de futuris summa est prudentiæ humanæ. Non dimittamus.

Instructio meritoria.

Peccavimus multum! folvamus plurimum! quæ enim proportio inter finitum, & infinitum! instrumenta sacri rigoris si habeamus, corpori applicemus.

lid

of-

1113

ım

ni-

10

115.

ius

10=

er-

E.

S:

200

no

im


lis

7e-

us

is

7934



cemus. Non recalcitrabit ampliùs; si non: petamus, emamus! optima comes ad patriam odium sui, & jugis pœnitentia. Tres actus austeritatis exerceamus. Vivamus! sed in spiritu. Caro occidit! spiritus vivisicat!



EX-